tum divine bonitati quaſi abſq; eo eſſe nõ poſſet. Pʒ er-
go q̃ abſolute deus põt facere alia q̃ q̃ fecit. Sed q̃r ipſe
non põt facere q̃ contradictoria ſint ſil' vera: ex ſuppoſi-
tiõe poteſt dici q̃ deus non poteſt alia facere q̃ que fecit
Suppoſito enim q̃ ipſe non velit alia facere:vel q̃ pre-

sciuerit se nō alia facturū:nō pōt alia facere. vt itelligat cōpositē:non diuisim.

Ad p^m Ad primū ḡ dōs:φ hec locutio:de^s nō pōt facere nisi qd pscit se facturū:est duplex: q: exceptio pōt referri ad potētiā q̄ iportat p li.pōt:vel ad actū q iportat p li.facere. Si p^o mō tūc locutio est falsa. pluria.n.pōt facere φ psciat se facturū. Et in h sensu rō pcedebat. Si aūt z^o mō:sic locutio est vera:τ est sensus:φ nō pōt eē φ aliqd fiat a deo:τ nō fit a deo pscitus.

z^m Sȝ hic sensus nō est ad ppositū. Ad z^m dōs:φ in deo nō cadit pteritū:τ futurū:sȝ qcqd est in eo est totū in psenti eternitatis. Nec pteritū vel futurū in eo vbū significat nisi per respcm ad nos:vñ nō bȝ h locuȝ obō de necessitate pteriti. Nibilominº dicēdū est φ obō nō est ad ppositū:q: pscia nō cōmēsurat potētie faciēdi:de qua

3^m est q̄s:s solū diuine actioni:vt dcm est. Ad 3^m dōs:φ illi qui dicebāt deū agere ex necītate nāe:ponebant possibilitatē de q̄ agit nō solū rōne imutabilitatis nāe:sed rōne determinatiōis nāe ad vnū. Sapia aūt diuina nō est determinata ad vnū:s ȝ de bȝ ad multa faciēda:vñ nō est sile.

4^m Ad 4^m dōm:φ xps nō poterat velle dre illa vba absolute:que mēdaciū iportāt sine piudicio sue bonitatis. Sic aūt nō est in pposito:vt ex dcis pȝ. Et iō non sequitur.

5^m Ad 5^m dōs:φ absolutū τ regulatū nō attribuunt diuine potētie:nisi ex nrā ɔsideratiōe:q̄ potētie dei in se ɔsiderate q̄ absoluta dr aliqd attribuit:qd nō attribuit ei fm

6^m φ ad sapiam coparat:put ē ordinata. Ad 6^m dōs:φ pō dei nunq̄ est in re sine sapia:s ȝ a nobis cōsiderat sine

7^m rōne sapie. Ad 7^m dōm:φ de^s fecit qcqd est iustuȝ in actu.nō aūt qcqd est iustum in potētia.pōt.n.aliqd facere:qd nūc nō est iustū:q: nō est:vñ si esset faceret iustum.

8^m Ad 8^m dōs:φ diuina bonitas pōt se cōmutare ordinate:

9^m nō solū isto mō quo res operat:sȝ multis alijs. Ad 9^m dōs:φ licȝ de^s nō velit facere nisi q̄ facit:pōt tñ alia velle.

io^m le. Et iō absolute loquēdo:pōt alia facere. Ad io^m dōs φ rōnes ille de qbus Diony.loqtur:intelligit eē pducti tas exītius absolute.nō solū aūt eoꝝ q̄ nūc sunt in actu.

ii^m Ad ii^m dōm:φ in hac qōne vlat vtrū eoꝝ q̄ nec sunt nec erunt:nec fuerunt:q̄ tñ deus facere pōt sit ydea. Uidet dōs φ si ydea fm ɔpletā rōnē accipiat.s.fm φ ydea noiat formā artis:nō solū itellcā excogitatā:sȝ et per voluntatē ad opus ordinatā:sic pdicta nō bñt ydeā. Si vo accipiat fm iperfectā rōnē:put.s.est soluȝ excogitata in itellcū artificis:sic bñt ydeas. pȝ.n.in artifice creato:φ excogitat aliquas opatiōes q̄ nunq̄ opari itēdit. In deo vo qcqd ipse cognoscit est in eo per modū excogitati:cū in ipso non differat cognoscere actu τ habitu. Ipse.n.nouit totā potētiā suā:τ qcqd pōt. Un oium q̄ pōt bȝ rōnes q̄si

iz^m excogitatas. Ad iz^m dōs:φ itelligēdū ē h deū nō posse:qd nō vult se posse. Et sic nō facit ad ppo^m. Ad i3^m

i3^m dōs:φ lȝ de^s sit imutabilis:tñ ei^s volūtas nō est determinata ad vnū in his q̄ faciēda sunt. τ iō bȝ liberū arbitriū.

i4^m Ad i4^m dōs φ optima rō q̄ de^s oia facit:est sua bonitas:τ sua sapia:q̄ manerent ēt si alia:vel alio mō faceret.

i5^m Ad i5^m dōs φ illud qd facit est optimū per ordinē ad dei bonitatē. Et iō qcqd aliud est ordinabile ad eius bonitatē:fm ordinē sue sapientie:est optimum.

Utrū de^s possit facere q̄ sunt aliqȝ possibilia.

Sexto q̄rit vtrū deus possit facere q̄ sunt aliqȝ possibilia:vt peccare:ambulare:τ hȝ. Et vr φ sic. Q: Aug.dic.φ melior ē nā q̄ pōt peccare:φ q̄ peccare non pōt. Sȝ oē

p^m qd est optimū:ē deo attribuēdū.ḡ de^s pōt pec

z^m care. Pr̄. illud qd ē laudabilitatis:nō dȝ deo subtrahi. Sȝ in laudē viri dr Eccl.3i. Qui potuit trāsgredi τ nō ē trāsgressus.ḡ posse trāgredi τ nō transgredi:deo dȝ attri

3^m bui. Pr̄. phs dic.pōt de^s τ studiosus praua agere.ḡ de^s pōt peccare. Pr̄. q cūq̄ cōsentit i pctm̄ mortale:peccat

4^m mortalr:qcūq̄ pcipit pctm̄ mortale ɔsentit:imo quodāmō pncipalr facit. Cū ḡ de^s pcepit pctm̄ mortale abrahe .s.φ iterficeret filiū inocētē:τ Osee φ acciperet mulierē fornicariā:τ faceret ex ea filios fornicatiōis:τ Semey: vt malediceret Dauid:vt habet z^o Re.i6. Quem cōstat peccasse ex pena sibi inflicta z^o Re.iz. Uñ φ ipse pecca

5^m uerit mortalr. Pr̄. qcūq̄ coopat peccāti mortalr:ipse peccat mortalr. Sȝ de^s coopat peccāti mortalr. Ipse.n. opat in oi opatiōe:τ p ɔñs i oi eo q̄ mortalr peccat.ḡ de^s

6^m peccat. Pr̄. Aug.in li^o de nā τ libo arb^o:τ hr in glo. Ro. p. Q: de^s opat in cordib^s hoiȝ:iclinādo volūtates eoꝝ in qcūq̄ voluerit:siue in bonū siue in malū. Sȝ iclina

7^m re volūtatē hoīs i malū:ē pctm̄.ḡ de^s peccat. Pr̄. hō factº est ad ymaginē dei:vt hr Gen.p. Sȝ qd iuenit i ymagine:ɔs iueniri in exēplari. Hois āt volūtas ē ad vtrūlȝ.

8^m ḡ τ volūtas dei:τ ita pōt peccare τ nō peccare. Pr̄. qcqd pōt vtº īferioꝝ:pōt τ supioꝝ. Sȝ hō eº vtº ē īferioꝝ

9^m vtute:pōt ābulare:peccare:τ alia hȝ facere.ḡ τ de^s. Pr̄. tūc aliqs omittit:qn̄ nō fac bona q̄ pōt. Sȝ de^s pōt mlta

io^m bona facere:q̄ nō fac.ḡ omittit:τ ita peccat. Pr̄. qcūq̄ pōt phibere pctm̄:τ nō phibȝ:vr peccare. Sȝ de^s pōt p

ii^m hibere oia pctā. Cū ḡ nō phibeat:videt φ peccet. Pr̄. Amos.3.hr ñ ē malū i citate qd de nō faciat. Hoc āt ñ pōt itelligi de malo pene. Nā dr Sap.p. Q: de^s mortē nō fecit.ḡ ops itelli de malo culpe:τ sic de^s ē actor mali culpe.

Sed cōtra Jaco.p.dr. De^s lux est τ tenebre in eo nō sunt vlle. Sȝ pctā sunt tenebre spi 3 p.

ritualeȝ.ḡ pctm̄ in deo eē nō pōt. Pr̄. pnceps ppya le z^o

gib^s astrict^s nō tenet. Sȝ oē pctm̄ ē ɔ legē dinā:vt Aug. dicit.ergo deus pctō astringi non pōt. Rñ:

Respondeo dōs:φ sic supra dcm̄ ē:deuȝ absolute aliqd nō posse dr dupli. Uno^o ex pte volūtatis. Alio^o ex pte potētie. Ex pte siqdē volūtatis de^s nō pōt facere qd nō pōt velle. Cū aūt nulla volūtas possit velle ɔtū ei^s qd nālr vult:sic volūtas hoīs nō pōt velle miseriā:ɔstat φ volūtas dina nō pōt velle ɔtriuȝ sue bonitatis:quā nālr vult. Pctm̄ aūt ē defect^s q̄dā a dina bonitate. Unū de^s nō pōt velle peccare. Et iō absolute ɔcedēdū ē:φ de^s peccare nō pōt. Ex pte vo potētie dic deū nō posse aliqd dupli. Uno^o rōne ipsius potētie. Alio^o rōne posse. Potētia siqdē ei^s q̄tū in se est:cū sit ifinita:i nullo deficiēs iuenit:qd ad pōm ptineat. Sȝ q̄dā sunt q̄ fm nomē pōm iportāt:q̄ fm rē sunt potentie defect^s:sic multe negatiōes sunt:q̄ in affirmationib^s icludun tur:vt cū dr posse deficere:videt fȝ modū loquēdi:q̄dā potētia iportari:cū magis potētie defect^s iportet. Et pp h pō aliq̄ dr eē pfecta.fm phm 5° meta.qn̄ ista non pōt. Sic.n.ille affirmatiōes hñt vim negationū fȝ rē:ita iste negatiōes hñt vim affirmationū. Et pp h dicim^s deū nō posse deficere:τ p ɔñs nō posse moueri:q: motus τ defect^s:quādā iperfectionē iportant:τ p ɔñs nō posse eū ambulare:nec alios act^s corporeos exercere:q̄ sine motu nō fiunt. Rōne vo posse dr deū aliqd nō posse facere:q: id ɔdictionē iplicat:vt ex supradictis pȝ. τ p hūc modū dr φ nō pōt facere aliū deū eq̄lē sibi. Implicat.n.ɔdictio ex eo φ factū ɔs eē in eo aliquo^s:cū recipiat eē ab alio: τ sic nō pōt eē act^s purus:qd est pptiū ipsi^s dei.

Ad primum ḡ dōs φ illa ɔpatio nō est itelligēda vlr:sȝ solū inter hoīem τ alia Ad p^m

bruta. Ad z^m dōs:φ id qd dr in laudē hoīs:nō semp ē z^m

ɔgruū laudi dinē:imo eēt blasphemia:vt si diceret deus penitere:τ hȝ. Aliqd.n.vt dic Diony.ē in īferiori nā lau

3m dabile. qd i supiori nā vitupat. ¶ Ad 3m dōz φ vbū phi
ē itelligēdū sub ꝯditiōe volūtatis. Hec. n. cōditionalis ē
vā. De⁹ pōt praua agere si vult. Nihil. n. phibz cōditio-
nalē eē verā: lz aīs ⁊ ꝯn̄s sint īpoīa: vt pz in hac. Si hō
4m volat: hz alas. ¶ Ad 4m dōz: φ nihil phibz aliquē actū
q in se eēt pctm̄ mortale: aliq̄ circūstātia addita fieri vir-
tuosū. Occidere. n. hoīez absolute pctm̄ mortale ē: sz mi-
nistro iudicis occidere hoīez pp iusticiā ex pcepto iudi-
cis: nō ē pctm̄: sz act⁹ iusticie. Sic āt pnceps ciuitatis hz
disponere de hoīb⁹: q̄ntū ad vitā ⁊ mortē: ⁊ alia q̄cūq3 pti-
nēt ad finē sui regiminis: q est iusticia: ita de⁹ hz oīa in sui
dispōne dirigere ad finē sui regimīs: qd ē ei⁹ bonitas. Et
iō lz occidere filiū innocentē de se possit eē pctm̄ morta-
le: tn̄ si h̄ fiat ex pcepto dei: pp finē quē de⁹ puidit ⁊ ordi-
nauit: lz ēt sit hoī ignot⁹: nō ē pctm̄: sz meritū. Et silr etiā
dōz ē de fornicatiōe Osee: cū cōstet deū eē ordinatorē to-
tius hūane gnōnis: q̄uis qdā dicāt: φ h̄ nō acciderit fz
vitatē rei: sz fm visionē pphie. De pcepto aūt Semei ē
dōz alr. Dr̄. n. de⁹ dupl̄r pcipere. Uno° loq̄ndo spūalr vl
corporalr per subaz creatā: ⁊ sic pcepit Abrahe ⁊ pphis.
Alio° iclinādo: sic dr̄ pcepisse vermi: vt comederet hede-
rā. Jone p̄. ⁊ p huc modū pcepit Semei vt malediceret
Dauid: in q̄ntū cor ei⁹ iclinauit: ⁊ h̄ p modū q īfra dicet.
5m ¶ Ad 5m dōz φ opatio pcti: q̄ntū ad id qd hz de entitate
⁊ actualitate: refert in deū sic in cāz: q̄ntū vo ad id qd hz
de deformitate pcti: refert i libez arb. nō i deū: sic qcqd
mot⁹ est in claudicatiōe: est a vtute gressiua. deformitas
6m aūt ei⁹ est a curuitate cruris. ¶ Ad 6m dōm: φ de⁹ nō dr̄
iclinare volūtates hoīuz in malū: imittēdo maliciā: vel
ad maliciā cōmouēdo: sz pmittēdo ⁊ ordinādo: vt. vz. q
crudelitatē exercere ꝯsentiūt i illos exerceāt q̄s dignos
7m de⁹ iudicat. ¶ Ad 7m dōz: φ nō est neciuz qcqd in hoīe
iuenit: q̄uis sit ad ymaginē: in deo iueniri: ⁊ tn̄ in ppo-
sito volūtas dei est ad vtrūlibz: qz nō ē ad vnū obm̄ dter-
minata. Pōt. n. h̄ facere vel nō facere: aut facere h̄ vl il-
lud. Nō tn̄ sequit φ aliqd istorū possit malefacere: qd ē
8m peccare. ¶ Ad 8m dōm: φ oīo illa tz in his q̄ ptinent ad
ptātis pfectionē. nō aūt in his q̄ iportant ptātis defectū.
9m ¶ Ad 9m dōm: φ lz de⁹ possit multa bona facere: q̄ nō fa-
cit; nō tn̄ omittit: qz nō dz illa facere: qd reqrit ad rōnez
10m omissionis. ¶ Et silr dōm ē ad 10m. nā nō est reus pcti: q
11m pctm̄ nō ipedit: nisi qn̄ ipedire dz. ¶ Ad 11m dōm φ vbū
Amos itelligit de malo pene. Qz aūt dr̄ Sap. p̄. De⁹ mor-
tē nō fecit: itellr q̄ntū ad ipsaz cāz mortis: q̄ ē meritū cul-
pe vl q̄ntū ad p̄ᵃᵐ nāe istitutionē: q̄ fec̄ hoīez suo mō imor-
talem. ¶ Utrū deus sit omnipotēs.

p̄m SEptimo q̄rit q̄re deus dicat oīpotēs. Et vr̄ φ dicat oīpotēs: qz sim-
pliciter oīa possit. Sic. n. de⁹ dr̄ ops: ita dicit
oīsciēs. Sed dr̄ oīsciens: qz simpl̄r oīa scit. g̊ ⁊
2m ops dr̄: qz simpl̄r oīa pōt. ¶ P̄. si nō iō dicat
ops: qz simpl̄r oīa possit: tūc hec distributio iportata: nō
est absoluta: sz accōmodata. Talis autē distributio: nō ē
vlis: sz determinat ad aliqd. g̊ dina potētia eēt ad aliqd
determinata: ⁊ non eēt infinita.

ꝯp̄. Sed cōtra. De⁹ nō pōt facere: sic dcm̄ ē: vt affir⁹
⁊ negatio sint sil' vera: nec pt peccare:
nec mori. Hec aūt icludunt in hac distributiōe: si abso-
lute sumat. g̊ nō dz absolute sumi: ⁊ ita hō nō pt dici ops:
p̄m 2° qz oīa possit absolute. ¶ Jtē vr̄ φ dicat ops: qz pōt oīa q̄
vult. Dicit. n. Aug⁹. in enchiri. Non ob aliud vocat ops:
ꝯp̄. Sed ꝯtra (nisi qz quicquid vult potest.
beati pnt qcqd volunt: alr volūtas eorū
nō eēt pfecta: nō tn̄ dnr oīpotētes. g̊ h̄ nō suffic̄ ad rōnē
2° oīpotētie: φ hō possit qcqd vult. ¶ P̄. volūtas sapiētis
nō est de ipossibili: vn̄ nullus sapiēs vult: nisi qd pōt: nec
tn̄ qlibz sapiēs ē ops. g̊ idē qd p̄⁹. ¶ Jtē vr̄ φ dicat ops: p̄m 3°
qz possit oīa possibilia. Dr̄. n. oīsciēs: qz scit oīa scibilia. g̊
pari rōne dr̄ ops: qz pōt oīa possibilia.

Sed ꝯtra. si dr̄ ops: qz pōt oīa possibilia: aut h̄ ē ꝯp̄.
qz pōt oīa possibilia sibi: aut qz pōt oīa
possibilia nāe. Si qz pōt oīa possibilia nāe: tūc ei⁹ oīpotē-
tia nāe pōm nō excedit: qd est absurduz. si vo qz pōt oīa
possibilia sibi: tūc pari rōne qlibz dicet ops: qz qlibz pōt
oīa possia sibi. ¶ Et pterea est ibi q̄dā expō p circūlocu- 2°
tionē: q̄ nō est ꝯueniēs. ¶ Jtē q̄rit quare deus dr̄ oīpo- vltim
Rn̄deo (tens: ⁊ oīsciens: ⁊ nō omniuolēs.
dōz φ qdā volētes rōnē oīpotentie assigna- Rñ.
re: q̄dā acceperūt: q̄ ad rōnē oīpotētie nō ptinēt: sz magl
sunt cā oīpotētie: vel ptinētia ad pfectionē oīpotētie: vl
ptinētia ad rōnē potētie: vl ad modū hn̄di pōm. Quidā p̄° opio.
. n. dixerūt φ iō de⁹ ē oīpotēs: qz hz pōm īfinitā. Qui nō
dicūt rōnē oīpotētie sz cāz: sic oīa rōnalis ē cā hoīs: sz nō
est ei⁹ diffō. Quidā vo iō dixerūt deū oīpotētē: qz nō pōt 2° opio.
aliqd pati: nec pōt deficere: nec aliqd pōt in ipz: ⁊ alia hō
q̄ ad pfectionē potētie ptinēt. Quidā ēt dixerūt φ iō dr̄ 3° opio.
ops: qz pōt qcqd vult: ⁊ h̄ hz a se ⁊ p se: qd ptinet ad mo-
dū habēdi pōm. He aūt rōnes oēs iō sunt īsufficiētes: qz
pter mittūt rōnes opationū ad oba: q̄s iplicat oīpotētia.
Et iō dōz ē φ accipiēda ē aliq̄ triū viarū q̄ tacte sunt in
obyciēdo: ⁊ dicūt ꝯpationē ad oba. Dōm g̊ ē: φ sic supra
dcm̄ ē: pō dei q̄ntū ē de se: ad oīa illa oba se extēdit: q̄ ꝯdi-
ctionē nō iplicāt. Nec ēt īstātia de illis ē: q̄ defectū ipor-
tāt: vel corpalē motū: qz posse ea: deo ē nō posse. Ea vo q̄
ꝯdictionē iplicāt: de⁹ nō pōt: q̄ qdē sūt ipoīa fm se. Re-
lingt g̊ φ dei pō ad ea se extēdat: q̄ sūt poīa fm se. Hec
āt sūt q̄ ꝯdictionē nō iplicāt. Constat g̊ φ de⁹ iō dr̄ ops:
qz pōt omnia que sunt possibilia fm se.

Ad primum g̊ dōm φ de⁹ dr̄ oīsciēs: qz scit oīa Ad p̄m
scibilia. Falsa āt q̄ nō sunt scibilia
nescit. Jmpoīa āt fz se: ꝯpant ad pōm: sic falsa ad sciaz.
¶ Ad 2m dōz φ rō illa pcederet: si distributio termina- 2m
ret īfra gen⁹ possibiliuz: h̄ mō. φ nō se extēderet ad oīa
poīa. ¶ Ad illō qd q̄rit de alia rōne oīpo° dōz φ posse ad p̄m 2°
qcqd vult facere: nō ē sufficiēs rō oīpo°: sz est sufficiēs si-
gnū oīpo°. Et sic itelligēdū est vbū Aug. ¶ Ad illud qd ad p̄m 3°
argr de 3° rōne dōz: φ hō dr̄ ops: qz pōt oīa poīa absolu-
te: ⁊ iō obō nō recte pcedit de poīb⁹ deo vel nāe. ¶ Ad Ad vltm
illō qd vltio q̄rit dōm φ i his q̄ agunt p volūtatē: vt dr̄
9° meta. pō ⁊ scia determiant ad op⁹ p volūtatē: ⁊ iō scia
⁊ pō in deo q̄si nō determiata vlr pnūciant: vt cū dr̄ oī-
sciēs vl ops: sz volūtas q̄ determiat: nō pt eē oīuz: sz eoz
tn̄: ad q̄ pōz ⁊ sciaz dtermināt. Et iō hō n̄ pt dici oīuolēs.

De potētia generatiua in diuinis. Et hz. 6. arti.
p̄. n. q̄rit vtz in dinis sit gnātiua pō.
2° vtrū pō gnātiua i dinis dicat eēntialr vel notionalr.
3° vtrū pō gnātiua in actu gnōnis pcedat p iperiū volū-
tatis. 4°. vtrū i dinis possint eē plēs filij. 5° vtrū pō ge-
nerādi sub oīpotētia ꝯphēdat. 6° vtrū potētia gnāndi
⁊ potētia creādi sint idem. Qō. II.

QUestio ē de pō gnātiua in dinis. Et
circa h̄ p̄ q̄rit vtz i dinis sit
p̄m gnātiua pō. Et vr̄ φ nō. Oīs. n. pō vel est
actiua vel passiua. Sz i dinis nō pt eē pō
passiua aliq̄: nec ibi gnātia pō pt eē actia:
qz sic fili⁹ eēt act⁹ vl fact⁹: qd ē ꝯ fidē. g̊ i
2m dinis nō ē pō gnātia. ¶ P̄. fz ph̄z i li° de
som. ⁊ vi. c⁹ ē pō: ei⁹ ē actio. Sz gnō nō ē i dinis. g̊ nec gnā-
tiua pō. pba° medie. Ubicūq3 ē gnō: ibi ē cōicatio nāe ⁊
receptio eiusdē. Sz cū recipe sit nāe vl passiue po°. q̄ in

diuis nō ē recep° deo ꝯpetere nō pt.ḡ i diuis ñ pt eē gnō.
3ᵐ ¶ P̄.gnās opȝ esse distictū agenito. Nō āt ſm illō qḋ
gnās cōicat genito:qꝛ i h̄ poti° ꝯueniūt.ḡ oȝ eē i genito
aliqd aliō ab eo qḋ est ſibi p gnōnē cōicatū. Et ita oȝ oē
genitū eē ꝯpositū:vt vr̄. In diuis āt nō ē aliq̄ ꝯpō.ḡ nō
4ᵐ pt eē genit° ds:ꝛ ſic nō ē ibi gnō:ꝛ ita vt pus. ¶ P̄.nihil
ipfectiōis ē deo attribuēdū. Sȝ oīs pō reſpcū ſui act°:i
pfecta ē:tā actia q̄ȝ paſſiua.ḡ pō gnātia i dō ponēda nō ē.
5ᵐ ¶ Sȝ dice.ridēs ꝙ h̄ ē vez ō pō ñ ꝯiūcta actui. ¶ Sȝ
ꝯ.oē qḋ pficit p alteꝝ:ē min° pfcm eo p qḋ pficit. Sȝ pō
ꝯiūcta actui pficit p actuȝ.ḡ act° ē ea pfectioꝛ:ꝛ ſic ēt pō
6ᵐ actui ꝯiūcta:reſpcū act° ipfecta ē. ¶ P̄.nā diua ē effica
cioꝛ i agēdo q̄ȝ nā creata. Sȝ i creaturis iuenit nā aliq̄ q̄
nō opat p aliq̄ȝ pōȝ mediā:ſȝ p ſeipaȝ:ſic ſol illuiat ae
rē:ꝛ aīa viuificat corp°.ḡ multo forti° diua nā nō p aliq̄ȝ
pōm:ſȝ p ſeipaȝ ē pn̄ᵐ gnōnis:ꝛ ita i diuis nō eſt ponēda
7ᵐ pō gnātia. ¶ P̄.gnātia pō:aut atteſtat dignitati:aut idi
gnitati. Nō āt atteſtat dignitati:qꝛ ſic i ſupioꝛib° creatu
ris eēt magis q̄ȝ i īfimis.ſ.i āgelis ꝛ celeſtib° corpib° ma
gis vel poti° q̄ȝ i aīalib° ꝛ i plātis.ḡ atteſtat idignitati:ꝛ
8ᵐ ſic nō ē i deo ponēda. ¶ P̄.i reb° iferioꝛib° duplex iueni
tur gnātia pō.ſ.ꝯpleta:vt i his q̄ꝝ gnō ē p ſexuū ꝯmixti
onē:ꝛ icōpleta:q̄ ē ſine ſexuū ꝯmixtiōe:vt i plātis.Luȝ ḡ
ꝯpleta dō nō attribuat:qꝛ nō pt poni i diuis ſexuū ꝯmix
9ᵐ tio:vr̄ ꝙ nullo° ſit ibi pō gnātia. ¶ P̄.ſub pō nō cadit ni
ſi poſſe:cū pō reſpcū poſſis dicat. Sȝ gnōnē eē i diuis nō
ē poſſe vel ꝯtigēs:cū ſit eternū.ḡ reſpcū ei° pō i diuis dici
10ᵐ nō pt:ꝛ ſic nō ē ibi gnātia pō. ¶ P̄.pō dei cū ſit ifinita:ñ
finit nȝ ad actū nȝ ad obm̄. Sȝ ſi ſit i deo pō gnātiua ei°
act° erit gnō:effect° vō fili°.ḡ pō pr̄is non ſe hēbit tm̄ ad
11ᵐ vnū filiū gnānᵐ:ſȝ ad plēs:qḋ ē abſurdū. ¶ P̄.ſȝ Auic.
qn̄ res aliq̄ hȝ aliqd tm̄ ab altero:ei ſȝ ſe ꝯſiderate:attri
buit oppoᵐ ei°:ſic aer q nō hȝ lumē niſi ab a°:ſȝ ſe ꝯſide
rat° ē tenebroſus. Et p hūc modū oēs creature q̄ hnt ab
a° eē:vitatē:ꝛ necitatē:ſȝ ſe ꝯſiderate ſūt nō entes:falſe:
ꝛ ipoſſes. Sȝ nihil tale pt eē i diuis.ḡ nō pt ibi eē aliqs q
tm̄ hēat eē ab altero:ꝛ ita ñ pt ibi eē aliqs genit°:ꝛ p ꝯñs
12ᵐ nec gnō:nec gnātia pō. ¶ P̄.i diuis fili° nō hȝ aliqd:niſi
qḋ a pr̄e accipit:alr̄ ſeq̄ret ꝙ eēt ibi ꝯpō. Sed a pr̄e acce
pit eēntiā.ḡ i filio nō ē niſi eēntia. Si ḡ ē ibi gnō:vl̄ fili°
eſt genit°:oportebit eēntiā eē genitā:qḋ ē falſū:qꝛ ſic eēn
13ᵐ tia diſtigueret i diuis. ¶ P̄.ſi pr̄ gnāt i diuis:oȝ ꝙ ei cō
ueniat ſȝ ſuā nāȝ. Sȝ eadē ē nā i pr̄e ꝛ filio.ꝛ.ſ.ſ.ḡ eadē rōe
14ᵐ ꝛ fili° ꝛ.ſ.ſ.gnābūt:qḋ ē ꝯ fidei documēta. ¶ P̄.nā q̄ ppe
tuo ꝛ pfecte i vno ſuppoſito iuenit.ñ cōicat alteri ſuppo
ſito. Sȝ nā diua pfecte iuenit in pr̄e ꝛ ppetuo:cū ſit icoꝛ
ruptibilis.ḡ alteri ſuppoſito nō cōicat:ꝛ ita nō ē ibi gnō.
15ᵐ ¶ P̄.gnō ē ſpēs mutatiōis. Sȝ i diuis ñ ē aliq̄ mutatio.
ḡ nec generatio.ḡ nec gnātiua potētia.

3ꝑ. **Cōtra.** ſȝ phm in 4° meta. perfectū vnūqḋq̄ ē:qn̄
pt alteꝝ tale facere q̄le ipȝ ē. Sȝ de° pr̄ ē pfect°.ḡ pt alte
2° rū talē facere q̄lis ipe ē:ꝛ ſic pt filiū gnāre. ¶ P̄.Augu.
dic.ꝙ ſi pr̄ gnāre nō potuit:ipotēs fuit. Sȝ i dō nullo° eſt
ipotētia.ḡ potuit gnāre:ꝛ ſic ē ibi potētia generādi.

Rñ. **Reſpōdeo** dōȝ:ꝙ nā cuiuſlȝ act° ē:ꝙ ſeipſȝ cōicet
q̄ȝtū poſſe ē. Un̄ vnūqḋq̄ agēs agit ſȝ
ꝙ i actu ē. Agere vō nihil aliō ē:q̄ȝ cōicare illō p qḋ agēs
ē actu.ſȝ ꝙ ē poſſe.nā āt diua maxie ꝛ puriſſime act° eſt.
vn̄ ꝛ ipſa ſeipſaȝ cōicat q̄ȝtū poſſe ē. Lōicat āt ſeipſaȝ p ſo
lā ſui ſilitudinē creaturis:qḋ oīb° pȝ. Nā q̄libȝ creatura
ē ens ſȝ ſilitudinē ad ipſaȝ. Sed fides catholica ēt aliū
modū cōicatiōis ipſi° ponit:put ipamet cōicat cōicatōe
q̄ſi nāli:vt ſic ille cui cōicat hūanitas ē hō:ita ille cui cōi
cat deitas nō ſolū ſit deo ſilis:ſȝ vē ſit ds. Opȝ āt circa h̄
Nā dia a fōmis mālib° i duobus differt
aduertere:ꝙ nā diua a formis mālib° i duob° dīt. p gdē
p h̄ ꝙ forme māles nō ſūt ſubſiſtētes. Un̄ hūanitas in
hoīe nō ē idē qḋ hō q ſubſiſtit:deitas āt ē idē qḋ ds. Un̄
ipſa nā diua ē ſubſiſtēs. Aliō ē ꝙ nlla foꝛ° vl̄ nā creata ē
ſuū eē:ſȝ ipȝ eē dei ē ei° nā ꝛ q̄ditas. Et ide ē:ꝙ ppriū no
mē ipſi° ē:q eſt. Ut pȝ Exo.3.qꝛ ſic denoiat q̄ſi a ppa ſua
foꝛ°. Forma ḡ i iſtis iferioꝛib°:qꝛ p ſe nō ſubſiſtit:oȝ ꝙ i
eo cui cōicat ſit aliqd aliō:pp qḋ foꝛ° vel nā ſubſiſtētiaȝ
recipiat:ꝛ h̄ ē mā:q̄ ſbſiſtit formis mālib° ꝛ naturis. Qꝛ
vō nā mālis vl̄ foꝛ° nō ē ſuū eē:recipit eē p h̄ qḋ i a° ſuſci
pit. Un̄ ſȝ ꝙ i diuerſis ē:de necitate hȝ diuerſuȝ eē.vn̄
hūanitas nō ē vna i ſoꝛte ꝛ plōne ſm eē:q̄ȝuis ſit vna ſm
ppriā rōnē. In cōicatiōe vō q̄ diua nā cōicat:qꝛ ipſa ē p
ſe ſbſiſtēs:nō reqrit aliqd māle:p qḋ ſbſiſtētiā recipiat.
Un̄ nō recipit i aliq̄ q̄ſi i mā:vt ſic genit° ex mā ꝛ foꝛ° i
ueniat ꝯpoſit°. Et qꝛ iteꝝ ipſa eēntia ē ſuū eē:nō accipit
eē p ſuppoᵐ i qb° ē.vn̄ p vnuȝ ꝛ idē eē ē in cōicāte:ꝛ i eo
cui cōicat:ꝛ ſic manet eadē ſȝ nūeꝝ i vtroq̄. H° āt cōi
catiōis exē i opōne itell's ꝯgruētiſſime iuenit. Nā ipſa
diua nā ſpūal ē:vn̄ p exēpla ſpūalia meli° māifeſtat. Lū
.n.alic° rei ex oīaȝ p ſe ſbſiſtētis nr̄ itell's ꝯcipit q̄ditatē:
ſit q̄dā cōicatio rei p ſe exn̄tl:put a re exterioꝛi itell's nr̄
ei° formā aliq̄ mō recipit. Que qdē foꝛ° itelligibil:i itel
lectu nr̄o exñs:aliq̄ mō a re exterioꝛi pgredit. Sȝ qꝛ reſ
exterioꝛ diuerſa a nā itellntl ē:aliō ē eē foꝛ° itellu ꝯphē
ſe:ꝛ rei p ſe ſbſiſtētl. Lū vō itell's nr̄ ſuiipi° q̄ditatē ꝯcipit
vtrūq̄ ſuat:qꝛ.vȝ.ꝛ ipa forma itellcā ab itellnte i itellu
aliq̄ mō pgredit:cū itell's eā format:ꝛ vnitas q̄dā ſuat
iter formā ꝯceptā:q̄ pgredit:ꝛ rē vn̄ pgredit:qꝛ vtrūq̄
hȝ itellıbile eē. Nā vnū ē itell's:ꝛ aliō ē itellıbilis foꝛ°:q̄
dr̄ vbū itell's. Qꝛ tn̄ itell's nr̄ nō ē ſȝ ſuā eēntiā i actu pfe
ctio itellcūalitatl:nec idē ē itell's hoīs qḋ hūana nā:ſeqt
ꝙ vbū pdcm̄ ꝛſi ſit i itellu:ꝛ ei q̄dāmō ꝯforme:nō tn̄ ſit
idē qḋ ipa eēntia itell's:ſȝ ei° expſſa ſilitudo. Nec iteꝝ i
ꝯceptōe hꝰ forme itellıbil:nā hūana cōicat:vt gnō ppe
dici poſſit:q̄ cōicatiōeȝ nāe iportat. Sic āt i nr̄o itellu ſe
ipm itellnte:iuenit qḋdā vbū pgrediēs ei° a q̄ pgredit
ſilitudinē gerēs:ita ꝛ i diuis iuenit vbuȝ:ſilitudinē ei° a
q̄ pgredit hn̄s. Lui° pceſſio i duob° vbi nr̄i pceſſionē ſu Nota.
perat. p° i h̄ ꝙ vbū nr̄m ē diuerſū ab eēntia itell's:vt dcm̄
ē. itell's vō diu°:q i pfcō actu itellcūalitatis ē ſȝ ſuā eēn
tiā:nō pt aliq̄ȝ formā itellıbilē recipe:q̄ nō ſit ſua eēntia.
Un̄ vbū ei° vnı° eēntie cū ipſo ē:ꝛ iteꝝ ipſa diua nā ei°
itellcūalitas ē. Et ſic cōicatio q̄ ſit p modū itellıbile:ē ēt
p modū nāe:vt gnō dici poſſit:i q̄ 2° pceſſionē vbi nr̄i dı
vbū excedit. Et hūc mōȝ gnōnis Aug. aſſignat i 11° ō tri.
Qꝛ vō de diuis loqmur ſȝ modū nr̄ȝ:quē itell's nr̄ capit
ex reb° iferioꝛib°:ex qb° ſciaȝ ſumit:iō ſic i reb° iferioꝛi
b° cuicūq̄ attribuit actio:attribuit aliqḋ actionis pn̄ᵐ:
qḋ pō noiat:ita ꝛ i diuis:q̄ȝuis i deo ñ ſit dr̄ia po° ꝛ actio
nis:ſic i reb° creatis. Et pp h̄ gnōne i deo poſita:q̄ p mōȝ
actōis ſignat:oȝ ibi ꝯcedeꝛ pōȝ gnāndi:vl̄ pōȝ gnātiuā.

Ad primū ḡ dōȝ ꝙ pō q̄ i dō pōit:nec ppe actiua Ad p̄ᵐ
nec paſſiua ē:cū i ipſo nō ſit nec pdica
mētuȝ actiōis nec paſſiōis:ſȝ ſua actio ē ſua ſuba:ſȝ ibi ē
pō p mōȝ po° actie ſignata. Nec tn̄ oȝ ꝙ fili° ſit act° vl̄ fa
ct°:ſic nec oȝ ꝙ ppe ſit ibi actio vl̄ pa°. ¶ Ad 2ᵐ dō.ꝙ cū 2ᵐ
recipe terminet ad hr̄e ſic ad finē duplr̄ dr̄ aliqd eē reci
piēs:ſic duplr̄ eſt hn̄s. Dȝ.n. vno° mā formā ſuā:ꝛ ſubm̄
accn̄s:vel q̄litercūq̄ hitū ē ex eēntiaȝ hn̄tis. Dȝ āt alio
mō ſuppo° nāȝ:vt h̄ hō hūanitatē:q̄ qdē nō ē ex eēntiaȝ
hn̄tis:imo ē ei° eēntia. Soꝛtes.n.ē vē id qḋ hō ē. Genit°
ḡ i hūanis ēt nō recipit formā gnāntis:ſic mā formā:vl̄
ſic ſubm̄ accn̄s:ſȝ ſic ſuppo° vel hypoſtaſis hȝ nāȝ ſpēi:ꝛ
ſilr̄ ē i diuis. Un̄ nō oȝ ꝙ ſit i dō genito aliq̄ mā vl̄ ſubȝ
nāe diue:ſȝ ꝙ ipe filius ſubſiſtēs ſit p nām diuinā hēat.

3m ⸿ Ad 3m dōꝫ: ꝙ deꝰ genitꝰ nō distiguit̃ a deo gnāte per
aliq̄ eēntiā additā: cū sic dcm̄ est. nō req̄rat̃ aliq̄ mā i q̄
recipiat̃ nā dina. Distiguit̃ āt ꝑ ipaꝫ relōnē: q̄ est ab alio
hr̃e nāꝫ: ita ꝙ i filio ipa relo filiatiōis tꝫ locū diuꝫ pnci
pioꝝ īdiuiduātiū in rebꝰ creatis. Propter qđ dr̄ ꝓpetas
ꝑsonalis. Ipa āt nā dina tꝫ locū nāe spēi. Qr tn̄ ipa relo
ſꝫ rē a nā dina nō dr̄t: nō fit ibi aliq̄ ꝯpō: sic apud nos: ex
4m pno spēi: ⁊ ex īdīduātibꝰ q̄dā ꝯpō relinq̄t̃. ⸿ Ad 4m dōꝫ:
ꝙ rō illa ꝓcedit qn̄ pō illa ab actu differt: siue sit ꝯiūcta
5m actui: siue nō. H āt nō hꝫ locū i dinis. ⸿ Et sic pꝫ solō ad
6o 5m. ⸿ Ad 6m dōꝫ: ꝙ oē illđ qđ est pnm actōis vł q̄ agit̃: hꝫ
poa rōnē: siue sit eēntia: siue aliqđ accñs mem. puta q̄litas
q̄daꝫ iter eēntiā ⁊ actionē. In creaturis tn̄ corꝑalibꝰ: vel
vix: vł nūq̄ iuenit̃ aliq̄ actio alicꝰ nāe subalꝭ: nisi mediā
te aliq̄ accn̄te. Sol. n. mediāte luce q̄ i ipo ē illumiat. Qr
vo aīa viuificat corpꝰ: ē ꝑ eēntiā aīe. Sed viuificare lꝫ ꝑ
mōꝫ actiōis dicat̃: nō tn̄ ē i gn̄e actiōis: cū sit actꝰ pmus:
7m magl q̄ 2o. ⸿ Ad 7m dōꝫ: ꝙ i creaturis nō pt eē gnō: sine
diuisiōe eēntie vel nāe ſꝫ eē: cū nā nō sit suū eē: ⁊ iō in crea
turis ē gnō cū aliq̄ idignitate. Et pp h i creaturl nobilio
ribꝰ nō ꝯpetit gnō. Sꝫ i do pt eē gnō ho: sine ho: vel alia i
8m ꝑfectiōe: ⁊ iō nihil ꝓhibꝫ gnōnē ibi ponere. ⸿ Ad 8m dō.
ꝙ illa rō ꝓcedit de gnōne mālī. vn̄ ad ꝓpositū locū n̄ hꝫ.
9m ⸿ Ad 9m dōꝫ: ꝙ illđ qđ ē obm̄ potētie actie vł passiue: xꝰ
actio vł pao ē cū motu: oꝫ eē poſe ⁊ ꝯtigens: cū oē mobile
ho sit. Tal āt nō ē pō gnātia i deo: vt dcm̄ ē. vn̄ rō nō seq
10m tur. ⸿ Ad 10m dō. ꝙ filiꝰ dei nō se hꝫ ad pōm gnātiuā: sic
effectꝰ: cū eū genitū nō fcm̄ ꝯfiteamur. Si tn̄ eēt effcūs:
pō gnātis nō finiret̃ ad ipꝫ: q̄uis aliꝰ gnāri filiꝰ nō pos
sit: qꝛ ipse ifinitꝰ ē. Qr āt aliꝰ filiꝰ i dinis eē nō pt: ꝯtigit: qꝛ
ipa filiatio ē ꝓpetas ꝑsonalꝭ ipiꝰ. ⁊ h q̄: vt ita dicā: idiui
duat̃. Cuilꝫ āt īdiduo: pno idiuduātia sūt soli sibi: aliās se
11m queret̃ ꝙ ꝑsona vel īdiduū eēt cōicabile rōne. ⸿ Ad 11m
dō. ꝙ vbū illđ Auic. itelligendū ē qn̄ id qđ recipit̃ ab ao: nō
ē idē nuō i recipiēte ⁊ i dāte: sic accidit i creaturl respcū
dei. Vn̄ oē receptū i creatura: ē q̄si vanitas respcū eē di
uini: qꝛ creatura n̄ pt eē recipe ſꝫ illā ꝑfcōnē q̄ i deo ē: ſꝫ
filiꝰ in dinis accipit a pr̄e eādē nāꝫ nūero quā pr̄ hꝫ: ⁊ iō
12m n̄ ꝓcedit. ⸿ Ad 12m dō. ꝙ filiꝰ nō hꝫ aliqđ realr̄ diuꝫ ab
eēntia quā a pr̄e recipit: ſꝫ h ipso qđ a pr̄e recipit: oꝫ i ipo
eē relōnē: q̄ ad pr̄eꝫ referat̃: ⁊ ꝑ quā ab eo distiguat̃. Ipa
13m tn̄ relo realr̄ ab eēntia nō dr̄t. ⸿ Ad 13m dō. ꝙ lꝫ eadē nā
sit i pr̄e ⁊ filio: ē tn̄ ſꝫ aliū mōꝫ exn̄di. i. cū alia relōne. Et
iō n̄ oꝫ ꝙ qcqđ ꝯuenit pr̄i ꝑ nām suā: ꝯueniat filio. ⸿ Ad
14m 14m dō. ꝙ creature ꝑ h ꝙ pticipāt nāꝫ spēi: ptigūt ad di
uinā silitudinē: vn̄ ꝙ aliqđ suppositū creatū subsistat i nā
creata: ē ordiatū ad alteꝝ tāq̄ ad finē. Et iō ex q̄ sufficiē
ter ꝑuenit̃ ad finē ꝑ vnū īdiduū: ſꝫ ꝑfcāꝫ ⁊ ꝓpriā pticipa
tionē nāe spēi: nō oꝫ aliđ īdiduū i illa nā subsistere. Sꝫ nā
dina ē finis: ⁊ nō pp aliquē finē. Fini āt ꝯgruit vt cōicet̃
ſꝫ oēꝫ poſeꝫ mōꝫ. Vn̄ q̄uis ibi i vno suppoto ꝑfcē ⁊ ꝓpe
15m iueniat̃: nihil ꝓhibꝫ qn̄ ēt iueniat̃ in alio. ⸿ Ad 15m dōm
ꝙ gnō est spēs mutatiōis ex pte illa q̄ nā ꝑ gnōneꝫ cōica
ta recipit̃ in aliq̄ mā: q̄ est mutatiōis subm̄. Hoc aūt nō
accidit in diuina gnātione. Ideo rō nō seq̄tur.

⸿ Utrū pō gnātiua in dinis dicat̃ eēntialr̄ vel notiōalr̄.

SEcundo q̄rit̃ vtrū pō gnātia i dinis di
cat̃ eēntialr̄ vel notionalr̄. Et
1m vr̄ ꝙ notionalr̄ tm̄. Pō. n. rōneꝫ pncipij hꝫ: vt
pꝫ ꝑ diffōnes positas 5o meta. Sꝫ pnm in dinis
re dine ꝑsone: notiōalr̄ dr̄. Cū ḡ pō gnāndi h
2m mō pnm iportet: vr̄ ꝙ notionalr̄ dr̄. ⸿ Sꝫ dr̄ ꝙ signat sil
eēntiā ⁊ notionē. ⸿ Sꝫ ꝯ. In dinis ſꝫ Boe. sūt h duo p
dicamēta: suba ad quā ptinet eēntia: ⁊ ad aliqđ ad qđ pti
nent notionalia. Nō pt āt aliqđ eē in duobꝰ pdicamētis:
qꝛ hō albꝰ non est aliqđ vnū: nisi ꝑ accñs: vt hr̃ 5o meta. ḡ
pō gnāndi nō pōt in sua rōne vtrūq̄ ꝯplecti. s. subaꝫ ⁊ no
tionē. ⸿ P. pnm in dinis distinguit̃ ab eo cꝰ est pnm. Sꝫ 3m
eēntia nō dꝫ distingui. ḡ nō ꝯpetit ei rō pncipij. Et ita pō
q̄ rōnē pncipij icludit: nō signat eēntiā. ⸿ P. i dinis qđ 4m
est ꝓpriū: est relatiuū ⁊ notionale: qđ vo est cōe: est essen
tiale ⁊ absolutū. Pō autē gnāndi nō est cōis pr̄i ⁊ filio: ſꝫ
ꝓpa pr̄is. ḡ dr̄ relatiue: siue notiōalr̄: nō eēntialr̄: nec ab
solute. ⸿ P. ꝓpe actiōis est pnm ꝓpa forma: non cōis: sic 5o
hō ꝑ itellm̄ itelligit. Nā hec actio ē sibi ꝓpa respcū aia
liū alioꝝ: sic ⁊ forma rōnalitatis siue itellcūalitatis. Sꝫ
gnō est ꝓpa opatio pr̄is inq̄ntū est pr̄. ḡ eiꝰ pnm ē pr̄nitas
q̄ est ꝓpa forma pr̄is. ⁊ nō deitas q̄ est forma cōis. Prni
tas vo ad aliqđ dr̄. ḡ pō gnāndi nō solū q̄ntū ad rōnē pn
cipij: ſꝫ ēt q̄ntū ad id qđ est pnm: dr̄ ad aliqđ. ⸿ P. sic poa 6o
gnāndi realr̄ ab eēna dina non differt: ita nec ēt pr̄nitas.
Sꝫ h nō obstante pr̄nitas dr̄ tm̄ ad aliqđ. ḡ nec pp h dꝫ
dici: ꝙ pō gnāndi. cū relōne significet eēntiā. ⸿ P. i di 7m
uinis tria iuenimus q̄ rōnē pncipij hn̄t. s. pōm. sciaꝫ. ⁊ vo
lūtatē: q̄ eēntialr̄ dn̄r in deo. Sꝫ scia ⁊ voluntas: nō sic si
gnificant̃ cū aliq̄ relōne vel notiōe in dinis. ḡ pari rōne
nec pō. Et sic nō pōt dici: ꝙ pō gnāndi significet sil essen
tiā ex pte potentie: ⁊ notionē ex pte gnōnis: sed videt̃ ꝙ
significet tm̄ notionē per rōnes inductas.

Sed contra est qđ magr̄ dic 7o dis. pmi sniaꝝ. ꝙ ꝯp.
pō gnāndi in pr̄e est ipa dina eēna.
⸿ P. Hyl. dicit. ꝙ pr̄ gnāt vtute nāe dine. ḡ ipa nā ē ge 2o
neratiōis pnm: ⁊ sic rōneꝫ potentie hꝫ. ⸿ P. Dam. dic. ꝙ 3o
gnō ē opꝰ nāe exn̄s: ⁊ sic idē qđ po. ⸿ P. i dinis ē tm̄ vna 4o
pō. Sꝫ pō creandi dr̄ eēntialis. ḡ ⁊ pō gnāndi.

Respondeo dōm: ꝙ circa h est multiplex opio. Rn̄.
Quidā. n. dixerūt ꝙ pō gnāndi i di po opio.
uinis dr̄ tm̄ ad aliqđ. Et mouebant̃ hac rōne. Qꝛ pō ſm
suā rōnē ē pno qđdā. pno āt relatiue dr̄: ⁊ est notionale si
referat̃ ad dinaꝫ pōm: ⁊ nō ad creaturas. Sꝫ in hac rōne iproba°
vident̃ fuisse decepti pp duo. Pmo qꝛ lꝫ potētie ꝯueniat po
rō pncipij: qđ in gn̄e relōnis est: tn̄ id qđ est pnm actionis
vel passiōis nō est relo: ſꝫ aliq̄ forma absoluta: ⁊ id ē eēn
tia potētie. Et ide est ꝙ phs ponit pōꝫ nō in gn̄e relōnis:
ſꝫ q̄litatis: sic ⁊ sciam: q̄uis vtriq̄ aliq̄ relo accidat. 2o
qꝛ ea q̄ in dinis iportāt pnm respcū opōnis: nō dn̄r notio
nalr̄: ſꝫ solū ea q̄ dn̄t pnm respcū eiꝰ qđ ē opōnis terminꝰ.
pnm. n. qđ notionalr̄ dr̄ in dinis: ē respcū ꝑsone subsistētꝭ.
Opatio āt nō signat̃ vt subsistēs. vn̄ ea q̄ respcū opōnis
rōnē pncipij hn̄t: nō oꝫ i dinis notionalr̄ dici: aliās volū
tas: ⁊ scia: ⁊ itellcūs ⁊ oia ho. notionalr̄ dicerent̃. Pō aūt
lꝫ sit pnm q̄nq̄ ⁊ actiōis ⁊ eiꝰ qđ est ꝑ actionē ꝓductuꝫ: tn̄
vnū accidit ei: alteꝝ vo ꝯpetit ei ꝑ se. Nō. n. pō actiua sp
per suā actionē aliquā rē ꝓducit: q̄ sit terminꝰ actiōis: cū
sint multe opōnes q̄ nō hn̄t aliqđ opatū: vt phs dicit po
ethi. ⁊ 9o meta. Semꝑ. n. pō est actiōis vel opationis pn
cipiū. Vn̄ nō opꝫ ꝙ pp relōnē pncipij quā nomē potētie
iportat: relatiue dicat̃ in dinis. Ipa ēt positio vitati con iproba°
sona nō videt̃. Nā si id qđ est pō est ipa res que est pno 2o
actionis: opꝫ nām dinaꝫ eē id qđ est pno in dinis. Cuꝫ. n.
oē agēs inq̄ntū ho agat sile sibi: illud est pncipiū gnōnis
in gnānte: ſꝫ qđ genitus gnānti silatur. Hō. n. vtute hu
mane nāe generat filiū: qui sibi in nā humana silis inue
nitur. Deo aūt patri ꝯformis est deꝰ genitus in nā dina
Vn̄ nā dina: est gnōnis pncipiū: vt cuiꝰ virtute gnāt pa
ter: sic Hyl. dicit. Et pp hoc alij dixerūt: ꝙ potētia gnān 2a opio.
di significat eēntiā tm̄. Sꝫ illud etiā ꝯueniēs nō videt̃.
Actio. n. q̄ fit vtute nāe cōis: per aliqđ sub nā cōi ꝯtentū iproba°
aliquē modū accipit ex ꝓprijs illius pncipijs: sic actio q̄
debet̃ nāe aialis: fit in hoīe: ſm ꝙ cōpetit pncipijs spēi

humane. vñ ꝛ hō pfecti⁹ hȝ actuȝ ṽtutis imaginatiue: q̄ȝ alia aialia: ſm ꝙ cōpetit eius rōnalitati. Silr etiā actio hois inuenit̄ in h̄ ꝛ in illo hoie: ſȝ ꝙ ꝯpetit pncipys idiui ſibilib⁹ h⁹ vel illi⁹: ex qb⁹ cōtingit ꝙ vnus hō clari⁹ alio ītelligit. Et iō opȝ ꝙ ſi nā cōis ſit pn^m alicui⁹ opatiōis: q̄
2a opio. solū patri cōuenit: opȝ ꝙ ſit pn^m: ſm ꝙ cōpetit ꝓprietati
sci tho. pſonali pr̄is. Et pp̄ h̄ in rōe potētie icludit̄ q̄dāmō pr̄ni tas: ēt q̄tū ad id: qḋ eſt gnōnis pn^m. Et pp̄ h̄ cū alijs dōȝ eſt: ꝙ potētia gnāndi ſil' eēntiā ꝛ notionē ſignificat.

Ad pm Ad primum q̄ dōm: ꝙ pō iportat rōneȝ pncipij reſpcū opatiōis: q̄ notionalr̄ nō dr̄ in dinis: vt dcm̄ eſt. ¶ Ad 2^m dōȝ: ꝙ in reb⁹ creatis vnū
2m pdicam̄tū accidit alteri: pp̄ qḋ nō pt ex duob⁹ fieri vnū: niſi vnū per accn̄s. Sȝ in dinis relō eſt realr̄ ipſa eēntia.
3m ꝛ iō nō eſt ſile. ¶ Ad 3^m dōȝ: ꝙ i reb⁹ creatis pn^m gnōnis ē duplex. ſ. gnāns: ꝛ quo gnātur. Sȝ gnāns q̄dē p gnōneȝ diſtinguit̄ a genito: cū nulla res generet ſeipſaȝ. Sȝ id q̄ gnāns gnāt: nō diſtinguit̄: ſȝ eſt cōe vtriq;: vt dcm̄ ē. Un̄ nō opȝ nām dinā diſtingui: ſic pō gnāndi: cuȝ pō ſit pnci
4m piū vt quo. ¶ Ad 4^m dōm ꝙ rōn erelonis iplicite: pō ge
5m nerādi nō ē cōis: ſȝ ꝓpa. ¶ Ad 5^m dōȝ: ꝙ in q̄libȝ gnōne pn^m gnōnis pncipalr̄ nō eſt aliq̄ for⁹ iduidualis: ſȝ for⁹ q̄ ptinet ad nām ſpēi. Itē nō oȝ ꝙ genitū ſilet̄ gnānti: q̄tū ad ꝯditiōes iduiduales: ſȝ q̄tū ad nāȝ ſpēi. Pr̄nitas āt nō eſt in pr̄e p modū forme ſpēi: ſic hūanitas in hoie. ſic .n. in eo eſt dina nā: ſȝ ē in eo: vt ita dicā: ſic pn^m iduidua le. eſt. n. ꝓprietas pſonalis. Et iō nō opȝ ꝙ ſit gnōnis pn cipiū pncipalr̄: ſȝ quodāmō cointellcm̄: rōne ſupradicta. Alr̄ ſeq̄ret̄ ꝙ pr̄ per gnōnē: nō ſolū deitatē: ſȝ pr̄nitatē cō
6m municaret: qḋ eſt icōueniēs. ¶ Ad 6^m dōm: ꝙ pō gnāndi eſt idē realr̄ cū nā dina: ita ꝙ nā icludit̄ in rōne ipſi⁹. nō
7m aūt ſic eſt de pr̄nitate. vñ nō eſt ſile. ¶ Ad 7^m dōȝ: ꝙ ſcia vel voluntas: nō eſt pn^m gnōnis: cū gnō ſit nāe: q̄ in q̄tuȝ eſt actiōis pn^m: rōnē potētie hȝ. Et ide eſt ꝙ pō cōſignifi cat̄ cū eo qḋ eſt ad aliqd i dinis: nō aūt ſcia: vel volūtas.
Ad arg ¶ Ad ea āt q̄ ſunt in ꝯtiū de facili pȝ rn̄ſio ex pdictis.
i 3rium ¶ Utrū pō gnātia i actu gnōnis pcedat p ipiū volūtatis.

Tertio q̄rit̄ vtrū pō gnātiua in actuȝ ge neratiōis pcedat per iperiū volū
1m tatis. Et videt̄ ꝙ ſic. Hyl. n. dic. ꝙ nō nāli du ctus neceſſitate pater genuit filiū. Sȝ ſi non genuit volūtate: genuit nāli necitate: q꞉ agēs vel eſt voluntariū vel nāle. g̊ pr̄ genuit filiū volūtate. Et ſic pō gnātiua per iperiū volūtatis exit in actuȝ gnāndi. ¶ Sȝ dicebat: ꝙ pr̄ nō genuit filiū: neq; voluntate pce
2m dente: neq; voluntate cōſequēte: ſȝ ꝯcomitāte. ¶ Sȝ ꝯ. videt̄ ꝙ hec rō ſit iſufficiēs. Cū. n. qcqd eſt in deo ſit eter nū: nihil qḋ eſt in deo: pōt tp̄e pcedere aliqd in deo exiſ ꝛ tn̄ inuenit̄ ꝙ aliqd hȝ ad aliud rōnē pricipij: ſic volun tas dei ad electionē q̄ eligit iuſtos: ex h̄ ſolo qḋ ab ītelle ctu pcedit. g̊ q̄uis volūtas gnōnē filij tp̄e nō pcedat: ni hilominus vt videt̄ pōt poni pricipiū gnōnis filij: ex h̄
3m ꝙ pcedit ab ītellectu. ¶ P̄. fili⁹ pcedit p actū ītell'x: cū pcedat vt ṽbū. ṽbū. n. ītelleāle nō eſt niſi cū ītelligim⁹ aliqd cogitātes: vt Aug. dic. 9. de tri. Sȝ volūtas eſt prin cipiū ītellcūalis opatiōis. Imperat. n. actū ītellcūs ſicut ꝛ aliaꝝ potētiaruȝ: vt Anſel. dic. Intelligo. n. q꞉ volo: ſic ꝛ ambulo: q꞉ volo. g̊ volūtas eſt pricipiū pceſſionis filij. ¶ Sȝ dice. ꝙ in hūanis veꝝ eſt ꝙ volūtas iperat actuȝ
4m ītellcūs: nō aūt in dinis. ¶ Sȝ ꝯ. pdeſtinatio quodāmō eſt act⁹ ītellcūs. Dicimus. n. ꝙ de⁹ pdeſtinauit Petrū: q꞉ voluit: ſm illō Ro. 9. Cui⁹ vult miſeret̄: ꝛ quē ꝛc̄. g̊ nō ſo lū in hūanis: ſȝ ēt in dinis volūtas iperat actuȝ ītellect⁹.
5m ¶ P̄. ſm ph̄m 8⁰ phy. qḋ mouet̄ ex ſeipſo: pōt moueri ꝛ nō moueri: ꝛ eadē rōe qḋ agit ex ſeipſo agere pōt: ꝛ nō age re. Sed nā nō pōt agere ꝛ nō agere: cū ſit determiata ad vnū. g̊ nō agit ex ſeipſa: ſȝ q̄ſi mota ab alio. Hoc aūt in di uinis eē nō pōt. Nulla g̊ actio i dinis ē a nā: ꝛ ſic nec gnō. Et ita gnō eſt a volūtate: cū oīa agētia reducant̄ in nām: vl' volūtatē: vt pȝ 2⁰ phy. ¶ P̄. ſi actio nāe pcedat actio 6m nē volūtatis: ſeq̄tur icōueniēs: ꝙ. ſ. rō voluntatis tollat̄. Nā cū nā ſit determinata ad vnū: ſi voluntatē moueat: eā ad vnū tm̄ mouebit: qḋ eſt ꝯ rōneȝ volūtatis: q̄ ſm ꝙ hōi liba eſt. Si ṽo volūtas nāȝ moueat: neq; tollet̄ ratio nāe: neq; voluntatis: q꞉ qḋ ſe hȝ ad pl'a: nihil ꝓhibȝ ꝙ ad vnū moueat. g̊ rōnabilr̄ actio volūtatis pcedit actioneȝ nāe: magis q̄ȝ ecōuerſo. Sed gnō filij: eſt pura actio ſiue opatio. g̊ ē a volūtate. ¶ P̄. in pſal. dr̄. Dixit ꝛ facta ſūt: 7m qḋ Aug. exponit. i. ṽbū genuit in quo erat vt fierēt. Sic g̊ pceſſio ṽbi a pr̄e: eſt rō creature pducēde. Si g̊ fili⁹ nō pcedit a patre p iperiū volūtatis: ſȝ nāe: vr̄ ſequi ꝙ oēs creature a deo nālr̄: ꝛ nō ſolū volūtarie pcedāt: qḋ eſt er roneū. ¶ P̄. Hyl. dicit in li⁰ de ſynodis. Siquis nolēte 8m patre natū dicat filiū: anathema ſit. nō g̊ pr̄ genuit filiuȝ iuolūtarie: ꝛ ſic idē qḋ pri⁹. ¶ P̄. Io. 3. dr̄. Pater diligit 9m filiū: ꝛ oīa dedit in manu ſua: qḋ ſm vnā glo. exponit̄ de datione gnōnis eterne. Dilectio g̊ pr̄is ad filiū eſt rō ge nerationis eterne. Sȝ dilectio eſt a volūtate. g̊ volūtas ē pricipiū gnōnis filij. ¶ P̄. Diony. in lib⁰. de di. no. dic. ꝙ 10m dinus amor nō pmittit ipm̄ ſine germie eē. Ex quo etiā vr̄ idē. ſ. ꝙ amor ſit rō gnōnis. ¶ P̄. poſitio ad quā nō ſe 11m quit̄ aliqḋ icōueniens: ſiue error: poteſt poni in diuinis. Sȝ ſi ponat̄ ꝙ pater genuerit filiū voluntate: nō ſeq̄tur aliqḋ icōueniens. Neq; n. ſeq̄tur ꝙ fili⁹ nō ſit etern⁹: vt vr̄ neq; ꝙ nō ſit ꝯſubalis: aut eq̄lis patri: q꞉ ſpūſſcūs qui pcedit per modū volūtatis coetern⁹ eſt: coequalis ꝛ cō ſubalis patri ꝛ filio. g̊ videt̄ ꝙ nō ſit erroneuȝ dicere: ꝙ pater genuit filiū volūtate. ¶ P̄. volūtas quelibȝ nō pt 12m nō velle ſuū vltimū finē. Sȝ finis dine volūtatis: eſt cō municatio ſue bonitatis: que maxie ſit per gnōneȝ. g̊ vo luntas patris nō pōt nō velle gnātionē filij. voluntate g̊ genuit filiū. ¶ P̄. humana gnātio a dina extrahit̄: ſȝ il 13m lud Ephe. 3. Ex quo oīs paternitas in celo ꝛ in terra no. Sed humana gnātio ſubiacet iperio volūtatis: aliter in actu gnātionis pctm̄ nō eēt. g̊ etiā dina: ꝛ ſic idē qḋ pri⁹. ¶ P̄. oīs actio nāe imutabilis eſt necia. Sȝ nā dina oīo 14m eſt imutabilis. Si g̊ gnātio ſit operatio nāe ꝛ nō volūta tis: ſeq̄tur ꝙ ſit necia. Ita ꝙ pater genuit filiū neceſſita te: qḋ eſt ꝯ Aug. ad Oroſiuȝ. ¶ P̄. Aug. dicit. ꝙ filius eſt 15m cōſiliū de cōſilio: ꝛ voluntas de voluntate. Sed hec pre poſitio de. notat principiū. ergo voluntas eſt principiuȝ generationis filij: ꝛ ſic idem qḋ prius.


Sed cōtra eſt qḋ Aug. dicit in li⁰ ad Oroſiū. Pa 3 p. ter neq; volūtate: neq; neceſſitate ge nuit filiuȝ. ¶ P̄. ſūma diffuſio voluntatis eſt per modū 2o amoris. Filius aūt nō pcedit per modū amoris: ſȝ poti⁹ ſpūs. ſ. g̊ voluntas nō eſt pricipiū gnōnis filij. ¶ P̄. fili⁹ 3o pcedit a patre: vt ſplēdor a luce: ſȝ illō Hebr. p. Qui cū ſit ſplendor glīe ꝛ figura ſube ꝛc̄. Sed ſplendor non pce dit a luce volūtate mediante. g̊ nec filius a patre.

Rn̄deo dōȝ: ꝙ gnātio filij pōt ſe hr̄e ad voluntatē: Rn̄: vt voluntatis obm̄. Pater. n. ꝛ filiū voluit ꝛ filij gnātionē ab eterno. Nullo aūt mō voluntas eē pt dine gnātionis principiū: qḋ ſic pȝ. Uoluntas in q̄tū vo luntas cū ſit libera: ad vtrūlibȝ ſe hȝ. Pōt eni voluntas agere vel nō agere: ſic vel ſic facere: velle ꝛ nō velle. Et ſi reſpcū alicui⁹ hoc voluntati nō cōueniat: hoc accidet voluntati: ꝛ nō in q̄tum voluntas eſt: ſȝ ex iclinatiōe na turali: quā hȝ ad aliqd: ſic ad finē vltimū: quē nō pōt nō velle: ſic voluntas hūana nō pōt nō velle btitudinē: nec

pōt velle miseriam. Ex quo p3 q oē illud cui⁹ voluntas
est pncipiū q̄tum in se est possibile est esse vel nō esse:et
esse tale vel tale:et tūc vel nūc. Omne autē illud qd̄ sic se
h3 est creatū:q2 in eo qd̄ icreatū est:nō est potestas ad eē
vel nō esse:s3 per se necesse est eē:vt Auic. pbat. Si ḡ po-
nitur filius volūtate genitus:nec̄io sequeṫ ipm esse crea
turā. Et ppter hoc arriani qui ponebāt filiū creaturā:di
cebāt eu3 esse genitū volūtate. Catholici aūt dicūt filiū
nō natu3 volūtate:s3 nā. Natura.n.ad vnū determinata
est. Et fm hoc:ex hoc q fili⁹ est a patre genit⁹ natura:o3
q ipe nō possit esse nō genitus:et q nō possit esse alio mō
q̄3 est:aut patri nō ɔsubalis:cū qd̄ nāliter pcedit:pcedat
in silitudinē eius a quo pcedit. Et hoc est qd̄ Hyl.dic̄ in
li°de syno. Oībus creaturis subam dei voluntas attulit:
s3 nā3 filio dedit pfecta natiuitas. Et ideo talia sunt cun
cta:qualia de⁹ esse voluit. Filius aūt talis est:q̄lis ē de⁹.
Sicut autē dcm̄ est:volūtas l3 respcū aliquoꝝ ad vtrūli
bet se habeat:tamē respcū finis vltimi:nāle3 inclinatio-
nē h3. Et silr itellect⁹ respcū cognitiōis pncipioꝝ pmoꝝ:
nālem quēdā motu3 h3. Pricipiū autē diuie cognitiōis:
est ipse de⁹:qui est finis sue volūtatis. Vn̄ illud qd̄ pce-
dit in deo per actū itellectus cognoscētis seipm:nāliter
pcedit. Et silr qd̄ pcedit per actum voluntatis diligen
tis seipsam. Et ppter hoc cū filius pcedat vt verbū:per
actu3 itellectus diuini:iq̄ntum pater cognoscit seipsu3:
et spūscūs per actu3 volūtatis:iq̄tū pater diligit filiū:
sequiṫ q tam filius q̄3 spūscūs nālr pcedāt:et ex h vlte-
ri⁹ q sint ɔsubales:et coeq̄les:et coeterni pr̄i et sibiinuicē.

Ad pᵐ Ad primū ḡ dōm:q Hyl.loqtur de necessitate q̄
iportat violētiā:qd̄ p3 per hoc qd̄ sub-
dit:nō nāli necessitate ductus cu3 vellet generare filiū.
2ᵐ Ad 2ᵐ dōm:q respectu nullius rei est in deo volūtas
añs:q2 qcqd aliqñ deus vult ab eterno voluit:ɔcomitās
vō est respectu oīum bonoꝝ que sunt tā in ipso q̄3 in crea
turis. Vult.n.se esse et creaturā esse. Sed pcedēs vel añs
tēpore quidē nō est nisi respectu creature:que ab eterno
nō fuit. Precedēs vō itellectu est respectu actuū eterno-
rū:que significātur ad creaturas terminari:sicut disposi
tio:predestinatio et hmōi. Gnātio vō filij neq3 est creatura:
neq3 ad creaturā significaṫ termiari. Vn̄ respcū eius nō
est volūtas precedēs:nec tpe:neq3 itellectu:s3 solū volū-
3ᵐ tas cōcomitans. Ad 3ᵐ dōm q sicut actus itellect⁹ vi
deṫ sequi actū voluntatis:inq̄tu3 a volūtate iperaṫ:ita
ecōuerso act⁹ volūtatis videṫ sequi actū itellect⁹:iq̄tu3
per itellcm̄ presentaṫ volūtati suū obm̄:qd̄ est bonū itel
lectu3. vn̄ esset pcedere in ifinitū:nisi esset ponere statū:
vel in actu itellcūs:vel in actu volūtatis. Nō aūt pōt sta
tus poni in actu volūtatis:cū obm̄ presupponaṫ ad actū.
vn̄ op3 ponere statu3 in actu itellect⁹:qui nāliter itellm̄
ɔsequiṫ:ita q a volūtate nō imperaṫ. Et per hūc modu3
pcedit filius dei:vt verbū:fm actu3 itellect⁹ dīni:vt ex
4ᵐ dictis p3. Ad 4ᵐ dōm q act⁹ itellect⁹ diuini:nālis est:
fm q ad ipm deum terminaṫ:qui est pncipiū sue cogni-
tionis. Scdm̄ vō q significaṫ ad creaturas termiari:ad
quas sic se h3 quodāmō vt itellect⁹ noster ad ɔclusiōes:
nō nāliter ab itellectu pgrediṫ:s3 volūtarie. Et ideo in
diuinis aliq act⁹ itellect⁹ significanṫ vt iperati a volūta
5ᵐ te. Ad 5ᵐ dōm:q ad ea q̄ natura pōt se extēdere fm p-
pria pricipia essentialia:nō idiget vt ab alio determieṫ:
s3 ad ea tm̄ ad que ppria pricipia nō sufficiūt. Unde ph̄i
nō sunt ducti vt ponerēt opus nāe op⁹ itelligētie:ex ope-
ribus que competūt calido et frigido fm seipsa:q2 in has
etiā ponentes res nāles ex necessitate materie accidere
oīa nāe opera reducebāt. Ducti sunt aūt ex illis opatio-
nibus:ad quas nō possunt sufficere virtus calidi et frigi-
di:et hm̄ q̄litatū:sic ex mēbris ordinatis in corpore aialis
tali modo q nā saluaṫ. Cū ḡ nāe dinc fm se opus est ge-
neratio:nō op3 q ad hāc actionē ab aliq̄ volūtate deter
mineṫ. Vel dōm q nā determinaṫ ab aliquo:vt in finē.
Illi aūt nāe que est finis:et nō ad finē:nō cōpetit ab aliq̄
determinari. Ad 6ᵐ dōm q in diuersis cōsiderando: 6ᵐ
actio volūtatis actionē nāe pcedit. Vn̄ toti⁹ nāe iferio-
ris actio ex volūtate gubernātis pcedit. Sed in eode3:
op3 q actio nāe pcedat actionē volūtatis. Natura.n.fm
itellcm̄ pcedit volūtatē:cu3 nā itelligaṫ eē pncipiū quo
res subsistit:volūtas vō vlti⁹ quo ad finē ordinaṫ. Nec
tamē seqtur q tollaṫ rō voluntatis. Quāuis.n.ad iclina
tionē nāe volūtas ad aliqd vnū determineṫ:qd̄ est vlti-
mus finis a nā intētus:respectu tn̄ alioꝝ:indeterminata
manet:sicut p3 in hoīe qui nāliter vult beatitudinē et de
necessitate:nō aūt alia. Sic ḡ in deo nāe actio:actionē vo
luntatis pcedit nā et itellectu. Nā gnātio filij:est rō oiu3
eoꝝ que per volūtatē pducunṫ.s.creaturarū. Ad 7ᵐ 7ᵐ
dōm q l3 in vbo dei a patre genito fuerit vt oēs creatu-
re fierēt:nō tn̄ op3 si verbū nāliter pcedit:q creature ēt
nāliter pcedant:sicut nec seqtur si itellect⁹ noster pricipia
nāliter cognoscit:q nālr cognoscat ea q̄ ex pricipijs con-
sequunṫ. Eo.n.qd̄ nāliter habemus:voluntas vtitur ad
vtrāq3 partē. Ad 8ᵐ dōm q pater volūtarie genuit:s3 8ᵐ
in hoc nō designaṫ volūtas cōcomitās. Ad 9ᵐ dō3 q 9ᵐ
si verbū illud de gnātiōe eterna itelligaṫ. dilectio patris
ad filiu3 nō est itelligēda vt ratio illi⁹ dationis:qua pr̄ fi
lio eternalr oīa dat:s3 vt signu3. Silitudo.n.rō est amo-
ris. Ad 10ᵐ dōm:q Diony.loquiṫ de pductione crea 10ᵐ
ture:nō de gnātiōe filij. Ad 11ᵐ dō3 q spūscūs pcede 11ᵐ
re dr̄ per modu3 volūtatis:q2 pcedit per actu3 qui natu
raliter est a volūtate.s.per hoc q pater amat filium:et
ecōuerso. Ipse.n.amor est spūscūs:sicut filius est vbum
quo pater dixit seipm. Ad 12ᵐ dōm q ex illa etiā rō- 12ᵐ
ne non seqtur nisi q pater gnōnē filij velit:qd̄ ptinet ad
volūtatē ɔcomitātem:que respicit gnōnē sic obm̄:nō si-
cut id cui⁹ sit pricipiu3. Ad 13ᵐ dōm q humana gnā- 13ᵐ
tio fit per virtutē nālem.s.gnātiuam potētiā:mediante
potētia motiua:que iperio subiacet volūtatis.nō aūt ge-
neratiua potētia. Hoc aūt nō accidit in dinis:et iō nō est
simile. Ad 14ᵐ dōm q Aug.nō intēdit negare neces- 14ᵐ
sitatē imutabilitatis:de qua rō pcedit:s3 necessitatē co-
actionis. Ad 15ᵐ dōm q cū dr̄ filius esse voluntas de 15ᵐ
volūtate:intelligitur esse de patre:qui est voluntas. Un
de hec prepositio de.notat gnātionis pricipiu3:qd̄ est ge
nerans:nō id quo gnātur;de quo est pn̄s questio.

Utrū in diuinis possint esse plures filij.



Quarto queriṫ vtrū in dinis possint eē 1ᵐ
ples filij. Et vr̄ q sic. Opatio
enī nature que ɔuenit vni supposito:ɔuenit
etiā oīb⁹ suppositis eiusdē nāe. Sed gnātio
fm Dam̄.est op⁹ nāe:et ɔuenit patri.ḡ etiā fi
lio et spūiscō:qui sūt supposita eiusdē nāe:s3 filius nō ge-
nerat seipm. Nā fm Aug.nulla res pōt gnāre seipsam.ḡ
gnāt aliū filiū:et sic i dinis possunt eē plures filij. P. 2ᵐ
totā virtutē suā pater in filium transfundit. S3 potētia
gnāndi pertinet ad virtutē patris.ḡ hāc potētiā h3 filius
a pr̄e:et sic ide3 qd̄ pus. P. filius est pfecta ymago pa- 3ᵐ
tris:ad qd̄ requiriṫ perfecta assimilatio:q̄ nō esset si fili-
us nō q̄tum ad oīa patrē imitareṫ.ḡ sicut pater filiū ge
nerat:ita et fili⁹:et sic idē qd̄ pus. P. pfectior est assimi 4ᵐ
latio ad deu3 fm cōformitatē actionis:q̄3 fm ɔformita
tem alicui⁹ forme:vt p3 per Diony.3.c.cel.hierar. sic so-
li magis assilaṫ q lucet et illuminat:q̄3 q lucet tm̄. Sed
filius pfectissime assimilaṫ pr̄i.ḡ est ei ɔformis nō solu3

5° in potētia:ſ3 ēt in actu gnādi:⁊ ſic idē3 qδ ṗus. ¶ P̄.ex
boc ꝯtingit φ de⁹ facta vna creatura pōt facere alia3:q2
eius potētia neq3 exbauritur:neq3 diminuitur in crean-
do.S3 filr pō pr̄is n3 exbaurit̄ neq3 diminuit̄ ex b̄ φ ge
nerat filiū.ḡ per boc φ generat vnū filiu3:nō ꝓbibetur
quin poſſit aliu3 filiū generare:⁊ ſic pn̄t eſſe plures filij
in diuis. ¶ S3 dice.φ iō nō generat aliu3 filiū:q2 ſeque
ret̄ incōueniēs qδ Aug.ponit.ſ.φ īfinita eēt diua gnātio
ſi pater pl̄es filios generaret:vel fili⁹ pr̄i gnāret nepotē:
6° ⁊ ſic de alijs. ¶ Sed ꝫ. In deo nibil eſt in potētia qδ nō
ſit in actu.eēt.n.īperfectus. Si ḡ eſt in potētia patris φ
plures filios generet.nullo īcōueniēti ꝓbibēte erūt plu-
7° res filij in diuis. ¶ P̄.de nā geniti eſt vt ꝓcedat in ſimi-
litudinē gnāntis.S3 ſic fili⁹ eſt filiꝰ patris:ita ⁊ ſpūſſcūs:
8° ⁊ ita ſpūſſcūs eſt filius:⁊ ſic ſunt pl̄es filij in diuis. ¶ P̄.
ſm Anſel.nibil eſt aliud dr̄e patrē filiu3 generare:q̄3 pa-
trē dicere ſeipm̄.S3 ſic pater pōt dicere ſeipm̄:ita ⁊ fili⁹
⁊ ſpūſſcūs.ḡ pr̄ ⁊ fili⁹ ⁊ ſpūſſcūs pn̄t filios gnāre:⁊ ſic idē
9° qδ ſupra. ¶ P̄.ex boc pr̄ dr̄ filiu3 gnāre:φ ſimilitudinē
ſuā in itellcū ſuo cōcipit.Sed boc idē pn̄t facere filius ⁊
10° ſpūſſcūs.ḡ idē qδ ṗus. ¶ P̄.potētia eſt media inter eēn-
tiā ⁊ operationē.Sed vna eſt eſſentia patris ⁊ filij:⁊ adē
q3 potētia.ḡ ⁊ vna opatio:⁊ ſic filio ꝯuenit gnāre:⁊ ita vt
11° ṗus. ¶ P̄.bonitas eſt diffuſiōis ꝓncipiū. S3 ſic eſt īfini
ta bonitas in patre ⁊ filio.ita ēt ⁊ ſpū ſcō. ḡ ſic pater infi-
nita cōicatiōe ſuā nām cōicat filiū gnāndo:ita ſpūſſcūs
aliquā diuinā ꝓſonā ꝓducēdo. Nō.n.īfinite cōicat̄ diua
bonitas creature:⁊ ſic videt̄ φ poſſint eē pl̄es filij in di-
12° uinis. ¶ P̄.nulli⁹ boni ſine cōſortio pōt eē iocunda poſ
ſeſſio.S3 filiatio ē qδdā bonu3 in filio.ḡ videt̄ oportere
13° ad ꝓfectā iocūditatē filij eē aliū aliū filiū ī diuis. ¶ P̄.
fili⁹ ꝓcedit a patre vt ſplēdor a luce:vt p3 Hebr.ṗ.qui cū
ſit ſplendor ⁊c̄.S3 ſplēdor pōt aliu3 ſplendorē ꝓducere:
⁊ ille aliū:⁊ alius aliu3.ḡ ſilr̄ videt̄ eē in ꝓceſſione diua-
rū ꝓſonarū:φ filius poſſit aliu3 filiu3 generare:⁊ ſic idē
14° vt ṗus. ¶ P̄.pr̄nitas in patre ad ei⁹ dignitatem ꝑtinet.
Sed eadē eſt dignitas patris ⁊ filij.ḡ paternitas ꝯuenit
15° filio:⁊ ſic ſunt plures filij in diuis. ¶ P̄.ei⁹ eſt potētia c⁹
eſt actus.Sed pō gnāndi ē in filio. ḡ fili⁹ gnāt.

3° p. Sed contra. Illa ſūt ꝓfectiſſima in creaturis:q̄ ex tota mā ſua ꝯſtant:⁊ ſunt eoꝝ in
ſingulis ſpēbus ſingula tm̄. Sed ſicut creature mālēs ī-
diuiduant̄ per mām:ita filij ꝓſona ꝯſtituit̄ filiatiōe.ḡ cū
de⁹ filius:ſit ꝓfect⁹ fili⁹.videt̄ φ in ipſo ſolo ī diuis filia
2° tio inueniat̄. ¶ P̄.Aug.dic̄.φ ſi pater poſſet gnāre ⁊ nō
generaret inidus eſſet.Sed fili⁹ nō eſt īuidus.ḡ cū nō ge
neret:gnāre nō pōt.Et ſic nō poſſunt eē plures filij in di-
3° uinis. ¶ P̄.qδ ꝓfecte dcm̄ ē ſemel:itēꝝ dici nō op3. S3
filius eſt verbū ꝓfectū:cui nibil deeſt:ſm Aug.ḡ nō op3
eē plura v̄ba in diuinis:⁊ ita nec plures filios.

Rn̄. Reſpondeo dōm φ in diuis īpoſſe eſt eē plures filios:qδ ſic p3. Perſone nāq3 diue
cū in oībus abſolutis ꝯueniāt:vtpote ſibiīuicē eēntia-
les:diſtingui nō poſſunt:niſi ſm relōnes:nec ſm alias:ni
ſi ſ3 relōnes originis. Nā aliaꝝ relōnu3 q̄dā diſtinctio-
nē ꝑſupponunt:vt eq̄litas:⁊ ſilitudo: q̄dā v̄o īequalitatē
deſignant:vt dn̄s:⁊ ſuus:⁊ alia bō̄. Relōnes v̄o originis
ex ſui rōne cōfoꝛmitatē īpoꝛtant:q2 qδ oritur ex alio:ei⁹
ſimilitudinē retinet inq̄3tum bō̄. Nō eſt igit̄ aliqd in di-
uinis:quo filius diſtinguat̄ ab alijs ꝓſonis:niſi ſola rela
tio filiatiōis:que eſt ei⁹ ꝓſonalis ꝓꝓetas:⁊ q̄ filius nō ſo
lu3 eſt filius:ſ3 eſt boc ſuppoſitū:vel bec ꝓſona. Impoſſe
aūt eſt φ illud quo aliqδ ſuppoſitū eſt boc:in plurib⁹ in-
ueniri:q2 ſic ſuppoſitū ipm̄ eēt cōicabile:qδ eſt ꝫ rōnem
īdiuidui:ſuppoſiti:vel ꝓſone. Vn̄ nullo mō pōt eē alius
filius in diuis q̄3 vnus. Nō.n.pōt dici φ vna filiatio con
ſtituat bunc filiu3:⁊ alia aliu3:q2 cum filiatiōes rōne nō
differāt:oporteret φ ſi mā vel quocūq3 ſuppoſito diſtin-
guerent̄: φ eēt in diuis mā:aut aliqd aliud diſtinguens
q̄3 relatio. Pōt āt ⁊ alia rō ſpālis aſſignari:q̄re pater tm̄
vnu3 filiu3 gignere poſſit. Natura.n.ad vnū determina-
tur.vn̄ cū pater nā generet filiu3 nō pōt eē niſi vnus fili-
us a patre genitus. Nec pōt dici φ ſint pl̄es nūero in ea-
dē ſpecie exiſtēs:ſicut apud nos accidit:cū ibi nō ſit mā:
q̄ eſt ꝓn̄ diſtinctiōis ſm numerū in eadē ſpecie.

ducte ex aliquo:ſꝫ ex nihilo. Nō tn̄ opꝫ ex ipſa rōne ꝓdu
ctionis:ſꝫ ex veritate quā fides ſupponit:ꝙ prius nō fue
rint:⁊ poſtea in eſſe prodierint. vnus enim ſenſus ꝑdicte
locutionis eē pōt ſꝫ Anſel. in monologion:vt dicat̄ crea
tura facta ex nihilo:qꝛ nō eſt facta ex aliquo: vt negatio
includat ꝑpoſitionē ⁊ nō includatur ab ea:vt ſic negatio
ordinē ad aliquid quē ꝑpoſitio īportat neget:nō aūt pre
poſitio importet ordinē ad nihil. Si v̄o ordo ad nihil re
maneat affirmatus:ꝑpoſitione negationē includēte:nec
adhuc opꝫ ꝙ creatura aliquādo fuerit nihil. Poteſt eni
dici:ſicut ⁊ Auic. dicit:ꝙ nō eſſe ꝑcedat eſſe rei:nō dura
tione:ſed nā. Quia videlicꝫ ſi ipſa ſibi relinquerer̄ nihil
eēt:eſſe v̄o ſolum ab alio habꝫ. Qđ enim eſt natuꝫ alicui
ineſſe ex ſeipſo:naturalr̄ prius cōpetit ei eo ꝙ nō ē ei na
8m tum ineſſe niſi ab alio. ¶ Ad 8m dōm ꝙ de rōne eterni
eſt nō habere durationis ꝑncipium. de ratiōe vero crea
tionis habere ꝑncipium originis:nō aūt durationis:niſi
9m accipiēdo creationem vt accipit fides. ¶ Ad 9m dōm ꝙ
euū ⁊ tempus ab eternitate differunt:nō ſolum rōne ꝑn
cipij durationis:ſed etiā rōne ſucceſſiōis. Tēpus.n.in ſe
ſucceſſiuum eſt. Euo vero ſucceſſio adiungitur:ꝓut ſub
ſtantie eterne ſunt quantum ad aliquid variabiles: ⁊ ſi
quantum ad aliquid non varientur:ꝓout euo menſurā
tur. Eternitas vero nec ſucceſſioneꝫ continet:nec ſucceſ
10m ſioni adiungitur. ¶ Ad decimuꝫ dicendum ꝙ operatio
qua deus res producit ineſſe:non ſic eſt intelligenda: ſi
cut operatio artificis qui facit archam:⁊ poſtea eam de
ſerit:ſed ꝙ deus continue influat eſſe: vt Auguſtin⁹ dicit
ſuper Gen̄. ad litteram. vnde non oportet aſſignare ali
quod inſtans productionis rerum anteꝙ̄ producte non
ſint:niſi ꝓpter fidei ſuppoſitionem.
¶ Utrum res proceſſerint a deo per neceſſitateꝫ nature
vel per arbitrium voluntatis.



Quintodecimo queri̅t̄. Utruꝫ res ꝓceſſerint a deo ꝑ
neceſſitatē nāe vel per arbitrium volūtatis.
¶ Et videt̄ ꝙ per neceſſitatē nāe. Dicit eni pm
Diony. 4°. ca°. de diui. no. Sicut noſter ſol nō
rōcinās:aut preeligēs:ſꝫ per ipm ſuū eſſe oīa lumine ei⁹
ꝑticipare valētia:ita diua bonitas ꝑ eēntiā ſuā oib⁹ exi
tib⁹ ꝓportiōalr̄ radios bōitat̄ īmittit: ſꝫ ſol ſine electio
ne ⁊ rōne illuminans h̄ agit ex neccitate nāe. ḡ ⁊ de⁹ crea
turas ꝓducit ſuā bōitatē cōicādo ꝑ neccitatē nāe. ¶ P̄. 2m
oīs ꝑfectio īferioris nāe a ꝑfectōe diue nāe deriuat̄. Sꝫ
ad ꝑfectionē nāe īferioris ꝑtinet:ꝙ ſua v̄tute aliqđ ſile
ſibi faciat ꝓducēdo effcm̄. ḡ multo forti⁹ de⁹ ſilitudineꝫ
ſue bōitatis creaturis cōicat nālr̄:⁊ nō volūtarie. ¶ P̄. 3m
oē agēs agit ſibi ſile. ḡ ſꝫ h̄ effcūs agit̄ a cā agēte:ꝙ eius
ſilitudinē hꝫ. Sꝫ creatura hꝫ ſilitudinē dei q̄ꝫtū ad ea q̄
ad dei nāꝫ ꝑtinēt. ſ. q̄ꝫtū ad eē:⁊ bonitatē ⁊ vnitatē:⁊ alia
hm̄:nō ſolū q̄ꝫtū ad ea q̄ ſūt in volūtate vl̄ in ītellectu: ſic
artificiata ſunt ſilia artifici q̄ꝫtū ad formā artis:nō q̄ꝫtū
ad nām artificis:ꝑꝑ qđ volūtarie ⁊ nālr̄ ab artifice ꝓce
dunt. ḡ creature ꝓcedūt a deo ꝑ v̄tutē nāe diue:⁊ nō per
volūtatē. ¶ Sꝫ dices ꝙ ſilitudinē nālium attributoꝝ
cōicat creatur̄ diua volūtas. ¶ Sꝫ ꝯ. Silitudo nāe cōi 4m
cari nō pōt niſi ꝑ v̄tutē nāe. Sꝫ v̄t⁹ nāe in nulla re ſubia
cet volūtati. Un̄ ⁊ in deo gnō filij a p̄re:q̄ eſt nālis:nō fit
ꝑ iperiū volūtatis:nec ēt in hoib⁹ vires aīe vegetabilis
q̄ nāles dicunt̄:volūtati ſubdunt̄. ḡ nō pōt eē ꝙ volūta
te diua:ſilitudo nāliū attributoꝝ creatur̄ cōicet̄. ¶ P̄. 5m
Aug. dicit in li°. de doctria xpiana:ꝙ q̄ de⁹ bon⁹ eſt ſum⁹
Et ita bōitas di v̄r eē cā ꝓductōis creaturaꝝ. Sꝫ bōitas
eſt deo nālis. ḡ ⁊ flux⁹ reꝝ a deo eſt nālis. ¶ P̄. i deo idē 6m
eſt nā ⁊ volūtas. Si ḡ de⁹ ꝓducat res voluntarie:ſequet̄
ꝙ ꝓducat eas nālr̄. ¶ P̄. neccitas nāe ꝓuenit ex h̄ ꝙ nā 7m
imobilr̄ opat̄ idē niſi ipedimētū euenia̅t. Sꝫ maior eſt
imutabilitas dei:q̄ꝫ nāe īferioris. ḡ magis ex neceſſitate
de⁹ ꝓducit effcm̄ ſuū:q̄ꝫ nā inferior. ¶ P̄. opō dei eſt ei⁹ 8m
eēntia. Sꝫ eēntia ſua eſt ei nālis. ḡ nālr̄ opat̄ qcqđ opat̄
¶ P̄. ſꝫ phꝫ in 3°. ethi. Uolūtas ē finis:electio eoꝝ q̄ ſūt 9m
ad finem. ¶ Sꝫ in deo nō eſt aliqs finis cū ſit īfinit⁹. ḡ
nō agit ex volūtate:ſꝫ magis ex neccitate nāe. ¶ P̄. deus 10m
opat̄ inq̄ꝫtū eſt bon⁹: vt Aug. dicit. Sꝫ ipē ē bonū neccīū.
ḡ ex neccitate opat̄. ¶ P̄. oē qđ ē:vl̄ eſt ꝯtingēs vl̄ neccīū. xim
Neccīum v̄o eſt aliqđ triplr̄. ſ. ꝑ coactionē:ex ſuppōne: ⁊
abſolute. nō aūt pōt dici ꝙ ī deo ſit aliqđ polr̄ vl̄ ꝯtīgēs.
hoc.n. mutabilitati atteſtat̄: vt ꝑ phm̄ pꝫ in. ii°. meta:qꝛ
qđ ꝯtigit eē:ꝯtigit nō eē. Silr̄ nō ē ibi aliqđ neccīum per
coactionē:qꝛ nihil ibi eſt violentū nec ꝯ nām: vt dr̄ in 5°.
meta. Silr̄ nec neccīū ex ſupōne:qꝛ h̄ neccīū cāt̄ ex aliq
b⁹ cauſis ꝑſuppoſit̄:deo aūt nihil ē cā. Relīqt̄ ḡ ꝙ qcqđ
eſt in deo ſit neccīū abſolute. Et ita v̄r ꝙ res ex neccitate ī
eē ꝓducat. ¶ P̄. 2ª ad Thimo. 2. dr̄. De⁹ fidelis ꝑmanet 12m
⁊ ſeipm̄ negare nō pōt. Sꝫ cū ipſe ſit ſua bonitas: ſeipm̄
negaret ſi ſuā bonitatē negaret. Negaret autē ſuā boni
tatem ſi eā cōicādo nō diffunderet: cū hoc ſit proprium
bonitatis. ergo deus nō pōt nō ꝓducere creaturā: ſuam
bonitatē cōicādo. ergo ex neceſſitate ꝓducit:qꝛ nō poſſi
bile nō eſſe:⁊ neceſſe eſſe cōuertunt̄: vt pꝫ in. 2. ꝑhierme
nias. ¶ P̄. ſm Aug. p̄reꝫ gnāre filiuꝫ:eſt p̄rem dicere ſe 13m
ſuo verbo. Sꝫ Anſel. dicit ꝙ eodē verbo pater dicit ſe ⁊
creaturā. Cū ḡ gnō filij a patre ſit nālr̄:⁊ nō per imperiū
volūtatis:videt̄ ꝙ ēt creaturaꝝ ꝓductio. Nā apud deū
nō differt dicere ⁊ facere:cū ſcriptū ſit. Dixit ⁊ facta ſūt.
¶ P̄. omnis volens:de neceſſitate vult ſuū vltimū finē 14m
ſicut hō de neceſſitate vult eſſe beat⁹. Sꝫ vltim⁹ finis di
uine volūtatis eſt ſue bonitatis cōicatio. ꝓpter hoc eniꝫ

ꝓducit creaturas: vt suā bonitatē cōicet. ergo deus hoc de
15° necessitate vult. ergo et ex necessitate ꝓducit. ¶ P̄. sicut deus
est per se bonum: ita est per se necessarium. Sed in deo quia
est per se bonus: nihil est nisi bonū. ergo et similiter in eo nihil
16° est nisi necessariū. Et ita ex necessitate ꝓducit res. ¶ P̄.
voluntas dei est determinata ad vnum. scilicet ad bonum. Sed
natura ꝓpter hoc ex necessitate operatur: quia est determi
nata ad vnum. ergo et voluntas diuina ex necessitate ope-
17° ratur creaturas. ¶ P̄. pater virtute nature sue est prīci-
pium filij et spūsci: vt Hylarius dicit. Sed eadem nā que
est in patre et filio: est etiā in spiritu sancto: ergo eadē ratiōe
ipse spiritus scūs est principiū naturalr. Sed non est prīci-
pium nisi creature. ergo creatura naturaliter ꝓcedit a deo.
18° ¶ P̄. effectus ꝓcedit a causa agēte. ergo agēs nō compa
ratur ad effectū: nisi per hoc quod cōparatur ad actionē vel
operationē. Sed cōparatio oꝑationis vel actionis diui-
ne ad ipm est nālis: cū actio dei sit sua essentia. ergo simi
19° liter ad effectū cōparatur nāliter ꝓducēdo ipsum. ¶ P̄. a
per se bono: nō fit aliquid nisi bonum et bene. ergo et a per se
necessario nō fit aliquid nisi necessariū et necessario. Sed
deus est huiusmodi. ergo oīa ꝓcedunt ab ipso ex necessi
20° tate. ¶ P̄. cum id quod est per se sit prius eo quod est per ali-
ud: opz primū agens agere per suam essentiā. Sed sua eēn-
tia et sua natura idē est. ergo agit per naturam suam: et ita
nāliter creature ab eo ꝓcedunt.
3p̄. **Sed contra** est quod Hylarius dicit in li° de syno-
dis. oībus creaturis substantiam dei
volūtas attulit. Et ibidē. tales sunt creature quales de°
eas esse voluit. ergo deus ꝓducit creaturas per volunta
2° tem: nō per nature necessitatē. ¶ P̄. Aug°. in. ii° conf. ad
deū loquēs ait. Duo fecisti dn̄e. Unū ꝓpe te. scilicet angelum: et
aliud ꝓpe nihil. scilicet materiā. Neutrum tamē est de nā tua:
quia neutrū est quod tu es. Sed filius pro tāto naturalr a pa-
tre ꝓcedit: quia eandē habz naturā quā pater: vt Aug°. dic.
ergo creatura nō ꝓcedit a deo naturalr.
Rn̄o **Respōdeo.** dicendum quod absqz omni dubio tenēdum ē:
quod deus ex libero arbitrio sue volūta
tis creaturas in eē ꝓduxit nulla nāli necessitate. Quod pōt
Rō p° esse manifestū ad presens quattuor rōnibus. Quarum pria
est: quod opz dicere vniuersum aliquē finē hr̄e: alias oīa in
vniuerso casu acciderēt: nisi forte diceretur quod prime crea
ture non sunt ꝓpter finem: sed ex naturali necessitate:
posteriores vero creature sunt ꝓpter finē: sicut et Demo
critus ponebat celestia corpora esse a casu facta: inferio-
ra vero a causis determinatis. Quod iprobatur in scdo physico-
rū. per hoc: quod ea que sunt nobiliora: nō possunt esse min°
ordinata quam idigniora. Necesse est igitur dicere quod in ꝓdu-
ctione creaturarum a deo sit aliquis finis intētus. Inuenitur
aūt agere ꝓpter finē et voluntas et natura: sed aliter et alr.
Natura. n. cum nō cognoscat nec finē: nec rationē finis:
nec habitudinē eius quod est ad finē in finē: non pōt sibi ꝑ-
stituere finē: nec se in finē mouere aut ordinare vel diri
gere. Quod quidē cōpetit agēti per voluntatē: cuius est in-
telligere et finē: et oīa p̄dicta. vnde agens ꝑ volūtatem: sic
agit ꝓpter finē: quod prestituit sibi finē: et seipsum quodāmo
do in finē mouet: suas actiones in ipm ordinādo. Natu-
ra vero tēdit in finē: sicut mota et directa ab alio itelligēte
et volēte. Sicut pz in sagitta que tēdit in signum determi
natum ꝓpter directionē sagittātis. Et per hunc modum a
philosophis dicitur quod opus nature est opus intelligentie.
Semꝑ aūt quod est per aliud: est posterius eo quod est per se.
vnde opz quod primū ordinās in finē hoc faciat ꝑ volunta-
tē. Et ita deus per volūtatem creaturas in esse ꝓduxit: nō
per naturā. Nec est instantia de filio quod naturalr ꝓcedit
a patre: cui° generatio creationē p̄cedit: quia filius nō ꝓce-
dit vt ad finē ordinatus: sed vt oīum finis. Secūda vero rō Rō 2°
est: quia natura est determinata ad vnū. Cum aūt oē agēs
sibi simile ꝓducat: opz quod natura ad illā similitudinē tē-
dat ꝓducēdam: que est determinata in vno. Cum autem
equalitas ab vnitate causetur: inequalitas vero ex multitu-
dine: que vario modo se habz: rōne cuius nō est aliqd al-
teri equale nisi vno modo: inequale vero scdm multos gra-
dus: natura semꝑ facit sibi equale: nisi sit ꝓpter defectū
virtutis actiue vel receptiue siue passiue. Defectus autē
passiue potētie deo nō p̄iudicat: cum ipse māam nō requirat
Nec iterū virtus sua est deficiēs: sed infinita. vñ hoc solū
ab eo ꝓcedit naturalr: quod est sibi equale. scilicet filius. Creatu
ra vero que est inequalis: nō naturalr: sed ꝑ voluntatē ꝓ-
cedit. Sunt. n. multi gradus inequalitatis. Nec pōt dici
quod diuina virtus ad vnū determinetur tātū: cū sit infini-
ta. vñ cum diuina virtus se extēdat ad diuersos gradus
inequalitatis in creaturis constituēdos: quod in hoc gradu
determinato creaturā constituit ex arbitrio voluntatis
suis: nō ex naturali necessitate. ¶ Tertia ratio est: quia Rō 3°
cum omne agens agat sibi simile aliquo modo: oportet
quod effectus in sua causa aliqualiter preexistat. Omne au-
tem quod est in aliquo: est in eo per modum eius in quo est.
vnde cum ipse deus sit intellectus: creature in ipso intel
ligibiliter preexistunt. Propter quod dicitur Jo. i. quod fa
ctum est in ipso vita erat. Quod autē est in intellectu: nō
producitur nisi mediāte voluntate. voluntas enim est exe
cutrix intellectus: et intelligibile voluntatem mouet: et ita
oportet quod res create a deo: processerint per voluntatem.
¶ Quarta ratio est: quia scdm philosophum in 9° metaphi Rō 4°
sice: duplex est actio. Quedam que consistit in ipso agēte
et est perfectio et actus agētis: vt itelligere: velle: et huius-
modi. Quedam vero que egreditur ab agēte in patiens
extrinsecum: et est ꝑfectio et actus patiētis: sicut calefacere
re mouere et huiusmodi. Actio autē dei nō potest intelli-
gi ad modum huiusmodi secūde actionis: eo quod cū actio
sua sit eius essentia: nō egreditur extra ipsum. vnde opor
tet quod intelligatur ad modum prime actionis: que non est
nisi in intelligēte et volēte vel etiam sentiēte. Quod etiam
in deum nō cadit: quia actio sensus licz nō tēdat in aliquid
extrinsecum: est tamē ab actione extrinseci. Per hoc igi
tur deus agit quicquid extra se agit quod intelligit et vult.
Nec hoc generationi filij p̄iudicat que est naturalis: quia
huiusmodi generatio non intelligitur terminari ad ali-
quid quod sit extra diuinam eēntiam. Necessarium est igitur
dicere omnē creaturam a deo processisse ꝑ voluntatem:
et nō per necessitatem nature.
Ad primum ergo dicēdum quod similitudo Dio Ad p̄m
nysij est intelligenda quātum ad
vniuersitatē diffusionis. Sol enim in omnia corpora ra
dios effundit nō discernēdo vnum ab alio: et similr diui-
na bonitas. Non autē intelligit quātum ad priuationem
voluntatis. ¶ Ad 2m dicēdum quod ex ꝑfectione diuine na- 2°
ture est: quod virtute nature diuine: ipsius nature similitu-
do creaturis cōicetur. Nō tn̄ hec cōicatio fit per necessi-
tatē nature: sed per volūtatem. Et per hoc patz responsio 3°
ad 3m. ¶ Ad 4m dicendum quod natura nō subiacet voluntati in 4°
his que sunt intima rei. Sed quātum ad ea que sunt extra
rē nihil ꝓhibz nāam subijci volūtati. vñ et in motu locali
in aialib° nā musculorum et neruorum subiacet appetitui iꝑe-
ranti. vñ nec est icōueniēs si virtute nature diuine: crea
ture producātur in eē scdm arbitrium diuine voluntatis.
¶ Ad 5m dicendum quod bonū est ꝓpriū obiectū voluntatis. vñ 5°
bonitas dei inquātū ē ab ipso volita et amata: mediāte vo
luntate est creature cā. ¶ Ad 6m dicendum quod licz volūtas et nā 6°
put in deo sunt sint scdm rem idē: differunt tn̄ rōne: scdm quod

per ea diuersimode designat̄ respect⁹ ad creaturas. Nā
eniȝ importat respectū ad aliquid vnū determinate: nō
7m aūt volūtas. ¶ Ad 7m dōm φ nō est ex imobilitate natu
re solū φ aliquid ex necessitate ꝑducit: ȝ ex eius deter-
minatione ad vnū: que nō cōpetit diuine voluntati: lȝ in
8m ea sit imutabilitas sūma. ¶ Ad 8m dōm φ licȝ opatio di
naturalr̄ ei cōpetat: cuȝ sit eius natura vl' eēntia. Effect⁹
tn̄ creature opationē cōsequitur: que ꝑ modū itelligēdi
cōsideratur: vt principiū volūtatis: sicut ꝛ effectus cale-
9m factionis sequit̄ fm modū caloris. ¶ Ad 9m dōm φ licȝ
deus sit infinitus: est tn̄ finis ad quē oīa ordinant̄. Non
eniȝ est ifinitus priuatiue: sicut ifinitū est passio quātita
tis: que nata est habere finem. hoc eniȝ modo finis neqȝ
infinitus neqȝ finitus est. Dicit̄ autē infinitus negatiue:
10m q2 nullo modo finitur. ¶ Ad 10m dōm φ lȝ deus operet̄
inquātuȝ est bonus: ꝛ bonitas ei necessario insit: nō tn̄ se-
quitur φ de necessitate opetur. Bonitas. n. mediāte vo-
luntate opatur: inquātuȝ est eius obiectū vel finis. volū
tas autē nō necessario se hȝ ad ea que sunt ad fineȝ: lȝ re-
11m spectu vltimi finis necessitatē habeat. ¶ Ad 11m dōm φ
quātuȝ ad id qd̄ in ipso deo est: nō pōt attēdi aliq̄ possibi
litas: ȝ sola neccitas nālis: ꝛ absoluta. Respcū vō creatu-
re pt ibi ꝯsiderari pōitas: nō fȝ pōȝ passiuā: ȝ fȝ potētiā
12m actiuā: que nō limitatur ad vnū. ¶ Ad 12m dōm φ si de⁹
hoc modo suā bonitatē negaret φ aliquid cōtra suaȝ bo
nitatē faceret: vl' in quo sua bonitas nō exprimeret̄: seq̄-
retur per impossibile φ negaret seipsum. Nō aūt hoc se-
queret̄: si ēt nulli bonitatē suā cōicaret. Sue. n. bonitati
13m nihil deperiret si cōicata nō esset. ¶ Ad 13m dōm φ licet
ipm verbū dei naturalr̄ a patre oriatur. nō tn̄ opȝ φ crea
ture nāliter ꝑcedāt a deo. Hoc autē modo pater verbo
suo creaturas dicit: sicut in ipso patre sunt. In quo qdeȝ
14m sunt nō vt per necessitatē ꝑducēde: ȝ ꝑ volūtatē. ¶ Ad
14m dōm φ cōicatio bonitatis nō est vltimus finis. Sȝ
ipsa diuina bonitas: ex cuius amore est φ de⁹ eā cōicare
vult. Nō. n. agit ꝑpter suā bōitateȝ q̄si appetēs qd̄ nō hȝ
ȝ q̄si volēs cōicare qd̄ hȝ: q2 agit eā nō ex appetitu finis:
15m ȝ ex amore finis. ¶ Ad 15m dōm φ sic in deo nihil ē nisi
bonū: ita i eo nihil ē nisi neccīuȝ. Nō tn̄ opȝ φ qcqd ē ab
16m eo ꝑcedat ꝑ neccitatē. ¶ Ad 16m dōȝ φ volūtas dei: sicut
dcm̄ est nālr̄ fertur in suā bonitatē. vnde nō pōt velle ni
si id qd̄ est ei cōueniēs. s. bonū. Nō tn̄ dterminat̄ ad hoc
vel illud bonū. Et ideo nō oȝ φ bona que sunt ab eo ꝑce
17m dant per neccitatē. ¶ Ad 17m dōȝ φ lȝ eadē natura sit pa
tris: ꝛ fi. ꝛ spūs scī: non tn̄ eūdē modum existēdi habȝ in
trib⁹. Et dico modū existēdi fm relationē. In patre eniȝ
est vt nō accepta ab alio. In filio vō ē vt a patre accepta.
vnde nō opȝ φ qcquid cōuenit patri virtute nature sue:
18m cōueniat filio vl' spiritui sancto. ¶ Ad 18m dōm φ effcūs
seqtur ab actione fm modū pncipij agēdi. vnde cū ꝑ mo
duȝ intelligēdi: actiōis diuine pncipiū: ꝑut respicit crea
turā cōsideretur diuina volūtas: q̄ ad creaturā nō hȝ ne-
cessariaȝ habitudinem: nō opȝ φ creatura ꝑcedat a deo
per neccitatē nature: licȝ ipsa actio sit dei essentia vel na-
19m tura. ¶ Ad 19m dōm φ creatura assimilatur deo quātuȝ
ad generales cōditiones: nō aūt quātū ad modū partici
pādi. Alio. n. modo eē est in deo ꝛ in creatura: ꝛ silr̄ boni-
tas. vnde lȝ a pmo bono sint oīa bona: ꝛ a pmo ente sint
oīa entia: nō tn̄ a sūmo bono sunt oīa sūme bona: nec ab
20m ente neccio sunt oīa per necessitatē. ¶ Ad 20m dōm φ vo
luntas dei est eius essentia. vnde hoc qd̄ agit per volun
tatem non remouet quin per essentiam suam agat. Non
enim est voluntas dei: aliqua intentio addita diuine
essentie: sed ipsa essentia.

¶ Utruȝ ab vno pmo possit ꝑcedere multitudo.

Sextodecimo queri𝑡̄. Utrū ab vno
primo possit procede
re multitudo. ¶ Et videtur φ nō. Sicut i. n. 1m
deus est per se bonuȝ: ꝛ per consequens sum-
muȝ bonum: ita est per se ꝛ sūme vnuȝ. Sed
ab eo inquātum est bonum: nō potest procedere nisi bo-
num. ergo nec ab eo procedere potest nisi vnum. ¶ Pre 2m
terea. sicut bonum conuertitur cum ente: ita ꝛ vnuȝ. Sȝ
in his que sunt entia oportet attendi assimilationē crea-
ture ad deum: vt supra dictuȝ est. ergo sicut in bonitate:
ita ꝛ in vnitate oportet deo creaturam assimilari: vt scȝ
sit vna ab vno. ¶ Preterea. sicut bonuȝ ꝛ malum oppo- 3m
nuntur priuatiue si cōmuniter accipiātur: licet sint con-
traria prout sunt habituum differētie: ita vnum ꝛ multa
opponunt̄ priuatiue: vt pȝ in. 10. meta'. Sed malitiā nul
lo modo dicim⁹ a deo ꝑcedere: ȝ ex defectu causaꝝ secū
darum eam icidere. ergo nec debȝ poni φ multitudinis
deus sit causa. ¶ P̄. opȝ ꝑportionaliter accipere causas 4m
ꝛ causata: quia videlicȝ singularia sunt cā singularium: ꝛ
vniuersalia vniuersaliuȝ: vt patȝ per phm 2°. physicorū.
Sed deus est causa maxime vl'is. ergo suus ꝑprius effe
ctus est effectus: maxime vl'is. s. eē. Sȝ ex hoc φ res hnt
eē nō est multitudo: cū multitudinis sit cā diuersitas vl'
differētia. In eē vō oīa ꝯueniūt. g̃ multitudo nō est a dō.
ȝ ex causis scdis: ex qbus causant̄ pticulares reꝝ ꝯditio
nes fm quas ēt differūt. ¶ P̄. vniuscuiusqȝ effectus est 5m
aliquā ꝑpriaȝ causam accipere. Sȝ impossibile est vnū
esse ꝑpriam multorum. ergo impossibile est φ vnum sit
causa multitudinis. ¶ Sȝ dice. φ h̄ tenet in causis na-
turalibus: nō in causis volūtarijs. ¶ Sȝ contra. artifex 6m
est cā artificij per volūtatē. procedit autē artificiatū ab
artifice fm propriā formaȝ illius artificiati: que est in ar
tifice. ergo ēt in volūtarijs effectus quilibȝ requirit pro-
priaȝ causam. ¶ P̄. opȝ eē conformitatē inter causam ꝛ 7m
effectum. Sed deus est oio vnus ꝛ simplex. ergo in crea
tura que est eius effect⁹: nec multitudo: nec compositio
debȝ inueniri. ¶ Preterea. diuersorum agētiuȝ nō pōt 8m
eē ideȝ effectus imediate: sed sicut cā appropriatur effe-
ctui: ita effectus cause. ergo nec eiusdē cause possunt esse
plures imediate effectus: ꝛ sic idē qd̄ prius. ¶ P̄. in deo 9m
est eadē potētia generādi. spirādi. ꝛ creandi. Sed poten
tia generandi nō est nisi ad vnum: similr̄ nec potētia spi
randi: q2 in trinitate non pōt eē nisi vnus filius ꝛ vn⁹ spi
ritus. s. ergo ꝛ potētia creandi terminatur tm̄ ad vnum.
¶ Sed dice. φ vniuersitas creaturaꝝ est quodāmodo
vnuȝ fȝ ordinē. ¶ Sȝ contra. effectū opȝ assimilari cāe. 10m
Sȝ vnitas dei nō est vnitas ordinis: q2 in deo nō est pri⁹
ꝛ posterius: nec superius ꝛ inferius. ergo nō sufficit vni-
tas ordis ad h̄ φ ab vno deo plura possint educi. ¶ P̄. 11m
vnius simplicis nō est nisi vna actio. Sed ab vna actio-
ne non est nisi vnus effectus. ergo ab vno simplici nō po
test procedere nisi vnus effectus. ¶ P̄. creatura proce- 12m
dit a deo nō solum sicut effectus a causa efficiēte: ȝ etiā
sicut exemplatuȝ ab exemplari. Sed vnius exēplati est
vnuȝ exēplar ꝑpriuȝ. ergo a deo nō potest procedere nisi
vna creatura. ¶ Preterea. deus est causa reꝝ per itelle- 13m
ctum. Agens autē per intellectū agit per formaȝ sui itel-
lectus. Cuȝ igitur in diuino intellectu nō sit nisi vna for-
ma: videt̄ φ ab eo nō possit ꝑcedere nisi vna creatura.
¶ Sȝ dice. φ licȝ forma diuini itellectus sit vna fm rē
que est eius eēntia: tn̄ attenditur ibi quedam pluralitas
fȝ diuersos respectus ad creaturas diuersas: ꝛ sic est ibi
pluralitas rationis. ¶ Sed cōtra: aut isti respectus plu 14m
res sunt in intellectu diuino: aut sunt solum in ratiōe no
stra. Si pmo mō. ergo sequit̄ φ in intellectu diuino erit

pluralitas:⁊ nõ sũma simplicitas. Si secundo modo. se-
quitur ꝙ deus non ꝓducat creaturas diuersas nisi me-
diante rõne nostra: ex quo oportet ꝙ diuersas creaturas
ꝓducat per diuersos respectus ad creaturas q̇ non sunt
nisi in rõne nostra:⁊ sic habet̃ ꝓpositum. s. ꝙ a deo ime-
15 diate nõ ꝓcedat multitudo. ¶ P̃. deꝰ ꝑ apprehẽsionem
intellectꝰ sui res in esse ꝓducit. Sꝫ in eo nõ est nisi vna
apprehẽsio: qꝛ suus itellectꝰ est eius essentia: que est vna:
16 ergo nõ ꝓducit nisi vnã creaturã. ¶ P̃. illud qd̃ non hꝫ
esse nisi in rõne: nõ est creatũ a deo: qꝛ hꝫ vident̃ eẽ q̃dã
vana vt chimera ⁊ hꝫ. Sꝫ silitudo nõ est nisi in rõne. si-
gnificat̃. n. per abstractionẽ a multis: ꝙ in reꝝ nã nõ iue
17 nitur. ergo deꝰ nõ est cã multitudinis. ¶ P̃. sꝫ platonẽ
optimi est optima adducere. Sꝫ optimũ nõ põt esse nisi
vnũ. Cũ igit̃ deꝰ sit optimꝰ ab eo nõ põt ꝓduci nisi vnuꝫ.
18 ¶ P̃. vnusq̇sq; agẽs ꝑꝑ finẽ: facit effectũ suũ ꝓpingorẽ
fini quãtũ põt. Sed deꝰ ꝓducẽdo creaturã ordinat eã in
finẽ. g̊ facit eã ꝓpingssimã fini quãtũ põt. Sed hoc non
põt nisi vno modo fieri. g̊ deꝰ nõ ꝓducit nisi vnã creatu-
19 rã. ¶ P̃. iniustũ est ꝙ aliq̇s ineq̃lia aliq̇bus tribuat: nisi
aliq̃ ineq̃litate circa eos ꝑcedẽte vel meritoꝝ vl̃ q̃rũcũ-
q; cõditionũ diuersaꝝ. Sꝫ operationẽ diuinã nõ ꝑcedit
aliqua diuersitas: alias ipse nõ esset ꝑma cã oiuꝫ. g̊ in pri
ma reꝝ creatiõe nõ dedit creaturis ineq̃lia dona. Sꝫ di
uersitas creaturaꝝ ⁊ multitudo attẽdit̃ sm̃ hoc ꝙ plus
vel minꝰ recipiũt de donis diuis: vt pꝫ in 4.° ca. cel. hier.
ergo in ꝑma reꝝ creatiõe deꝰ multitudinem nõ ꝓduxit.
20 ¶ P̃. deus creaturis cõicat suã bonitatẽ quãtũ capaces
sunt. Sed nã superioꝝ creaturaꝝ capax fuit hꝫ ꝑfectio-
nis ⁊ dignitatis: vt essent cãe iferioꝝ creaturaꝝ. Id eniꝫ
qd̃ est perfectiꝰ põt agere in id qd̃ est eo iperfectiꝰ: ⁊ cõi-
care ei suã ꝑfectionẽ. ergo vĩ ꝙ deus creaturas iferiores
mediãtibꝰ supioribꝰ ꝓduxit: ⁊ ita ipse imediate nõ ꝓdu-
21 xit nisi vnã creaturã aliq̃s supiorem: q̃cũq; sit illa. ¶ P̃.
quãto aliquae forme sunt magis imãles: tãto sunt magis
actiue: vtpote. magis a potẽtia separate. vnũqd̃q;. n. agit
sm̃ ꝙ est in actu: nõ sm̃ ꝙ est in potẽtia. Sꝫ forme rerũ
que sunt in mẽte ãgeli: sunt magis imãles q̃ forme que
sunt in rebꝰ nãlibus. Cũ ergo forme nãles sint cause for-
maꝝ sibi similiuꝫ: vĩ ꝙ multo fortius forme que sunt in
mẽte angeli ꝓduxerint formas reꝝ naturaliũ sibi simi-
les. Diuersitas aũt reꝝ: ⁊ per cõsequẽs multitudo est ex
forma. ergo videt̃ ꝙ multitudo non ꝓcesserit a deo: nisi
22 mediãtibꝰ superioribus creaturis. ¶ P̃. quicquid deus
facit est vnũ. ergo ab eo nõ est nisi vnũ. Et ita ipe nõ erit
cã multitudinis. ¶ P̃. deus nõ intelligit nisi vnũ: qꝛ ni-
23 hil intelligit extra se: vt ꝓbatur in. xii.° metaphysice. Sed
ipse est cã reꝝ per intellectũ suũ. ergo ipse nõ causat nisi
24 vnum. ¶ P̃. Ansel. dicit. ꝙ creatura in deo est creatrix
essentia. Sed creatrix essentia est tm̃ vna. ergo ⁊ creatu-
ra in deo est tm̃ vna. Sed hoc modo creatur creatura a
deo sm̃ ꝙ in ipso ꝑcessit. ergo a deo nõ est nisi vna tãtuꝫ
creatura: ⁊ sic a deo nõ ꝓcedit multitudo.

3p. **Sed contra** est qd̃ dr̃ Sap. xi.° Oĩa in numero ⁊ põdere ⁊ mensura disposuisti dñe.
Sed numerus non est sine multitudine. g̊ a deo ꝓcedit
2. multitudo. ¶ P̃. virtus dei ꝑcedit ṽtutẽ cuiuslꝫ alteriꝰ
rei. Sed vnũ pũctũ põt eẽ ꝑncipiũ multaꝝ lineaꝝ. ergo
sic deus q̃uis sit vnꝰ põt esse ꝑncipiũ creaturaꝝ multa-
3. rum. ¶ P̃. illud qd̃ est ꝓpriuꝫ vni inquãtuꝫ est vnũ: ma
xime cõpetit ei qd̃ est maxime vnũ. Sed ꝓpriũ est vni-
tatis qd̃ sit multitudinis ꝑncipiuꝫ. ergo hoc maxime cõ
petit deo qd̃ est sũme vnuꝫ: qd̃ ab eo multitudo ꝓcedat.
4. ¶ P̃. Boeꝰ dicit. in ꝑncipio arismetrice: ꝙ sm̃ exẽplar
numeri deus res in esse ꝓduxit. Sed exẽplatuꝫ exẽpla-
ri cõformatur. ergo ꝓducit res sub multitudine ⁊ nume
ro. ¶ P̃. in psal. dicitur. Omnia in sapiẽtia fecisti. Sed 5.
cum sapientis sit ordinare: oportet ea que per sapientiaꝫ
fiunt ordinẽ habere: ⁊ per ꝯsequẽs multitudinẽ. ergo re
rum multitudo a deo processit.

Respondeo. dicendum ꝙ multa nõ posse proce- Rño
dere ab vno principio imediate et
ꝓprie: videtur esse ex determinatione cause ad effectuꝫ:
ex qua videt̃ debitũ ⁊ necessariuꝫ: vt si est talis causa ta-
lis effectus ꝓueniat. Cause autẽ sunt quatuor. quarum
due. s. materia ⁊ efficiẽs precedunt causatũ sm̃ esse iter-
dum. Finis vero ⁊si nõ sm̃ esse: tamẽ sm̃ intẽtionẽ. For
ma vero neutro modo sꝫ ꝙ est forma: quia cuꝫ per eam
causatum esse habeat: esse eius simul est cũ esse causati.
Sed inquãtuꝫ etiaꝫ ipsa est finis precedit in intentione
agentis. Et quãuis forma sit finis operationis ad quem
operatio agẽtis terminatur: nõ tamẽ omnis finis est for
ma. Est enim aliquis finis intẽtionis preter fineꝫ opera
tionis: vt patꝫ in domo. Naꝫ forma eius est finis termi-
nans operationẽ edificatoris. nõ tamẽ ibi termiatur in-
tentio eius: sed ad vlteriorẽ finẽ: que est habitatio: vt sic
dicatur ꝙ finis operationis est forma domus: intentio-
nis vero habitatio. Debitũ igitur essendi tale causatum
nõ põt esse ex forma inquãtuꝫ est forma: quia sic cõcomi
tatur causatũ. Sed vel ex virtute cause efficiẽtis: vel ex
mã: vel ex fine: siue sit finis itẽtionis: siue finis opatio-
nis. Non potest autẽ dici in deo ꝙ effectus eius habeat
debitũ essendi ex materia. Naꝫ cũ ipse sit totiꝰ esse actor:
nihil quolibet modo esse habẽs presupponit̃ eius actio-
ni: vt sic ex dispositione mãe necesse sit dicere talem vel
taleꝫ eius esse effectũ. Similiter nec ex potẽtia effectiua
Nam cuꝫ eius actiua potẽtia sit infinita: nõ terminatur
ad vnũ nisi ad id qd̃ esset equale sibi: qd̃ nulli effectui cõ
petere potest. vnde si inferiorẽ sibi effectuꝫ ꝓducere sit
necesse: potẽtia sua inquãtum in se est nõ terminatur ad
hunc vel illũ distãtie graduꝫ: vt sic debitũ sit ex ipsa vir
tute actiua talem vel talẽ effectũ ꝓduci. Similiter nec
ex fine intẽtionis. Hic eniꝫ finis est diuina bonitas: cui
nihil accrescit ex effectuũ productione. Nec iterum per
effectus potest totaliter representari: vel eis totaliter cõ
municari: vt sic possit dici ꝙ debituꝫ sit talem vel taleꝫ
dei effectuꝫ esse: vt totaliter diuinã bonitateꝫ participet:
sed possibile est effectũ multis modis eam participare.
vnde nullius eoruꝫ necessitas est ex fine. Sic ex fine ne-
cessitas sumitur quãdo intẽtio finis cõpleri non potest:
vel oĩno: vel conuenienter: nisi hoc vel illo existente. Re-
linquitur igitur ꝙ debituꝫ in operibus diuinis esse non
potest nisi ex forma: que est finis operationis. Ipsa eniꝫ
cum nõ sit infinita habet determinata principia: sine q̇-
bus esse nõ potest: ⁊ determinatuꝫ modum essendi. vt si
dicamus ꝙ supposito ꝙ deus intendat homineꝫ facere
necessariũ est: ⁊ debituꝫ ꝙ animaꝫ rationalẽ ei conferat:
⁊ corpus organicuꝫ: sine q̇bus homo esse nõ põt. Et simi-
liter possumꝰ dicere in vniuerso. Qꝛ enim deus tale vni-
uersum constituere voluerit: nõ est necessariuꝫ neq; de-
bituꝫ: neq; ex fine. neq; ex potẽtia efficientis neq; mate-
rie: vt ostensum est. Sed supposito ꝙ tale vniuersum ꝓ-
ducere voluerit: necessarium fuit ꝙ tales ⁊ tales creatu
ras ꝓduxerit: ex quibus talis forma vniuersi consurge-
ret. Et cuꝫ ipsa vniuersi perfectio: ⁊ multitudinem ⁊ di-
uersitatem rerum requirat: quia in vna earum inueniri
nõ põt ꝓpter recessuꝫ a cõplemẽto bonitatis ꝑme: neces-
se fuit ex suppositiõe forme intẽte ꝙ deus multas crea-
turas ⁊ diuersas ꝓduceret: quasdã simplices: quasdã cõ
positas: ⁊ quasdã corruptibiles: ⁊ quasdã icorruptibiles.

p⁹ error phoꝝ. ¶ Hoc autem quidam philosophi nō cōsiderantes: di-
uersimode a veritate deuiauerunt. Quidam nanq; non
intelligentes deum vniuersi esse auctorem: posuerunt
materiā non ab alio existentem: ⁊ ex eius necessitate re-
rum diuersitatem ꝓduci: vel sꝫ raritatem vel ſm spissi-
tudinē mãe res diuersificãtes: vt antiq̃ssimi nãliū pho-
rū: q tm̃ cām mãlē ꝑceperunt: vel ſm actionē alicui⁹ cāe
efficiētis: que ſm diuersitatē mãe diuersos effect⁹ ꝓdu-
cebat: sicut Anax. posuit itellectū diuinuꝫ: q diuersas res
ꝓducebat eas a ꝯmixtiōe mãe segregãdo: ⁊ sicut Empe.
qui per amicitiā ⁊ litē: ſm diuersitatē mãe: diuersos esse
reprob⁹ ctus: vario mō distinctos vł ꝯiūctos ponebat. Quoꝝ fal-
sitas appet ex duob⁹. Prio ex hoc ꝙ nō ponebant oē eē
a pmo ⁊ sūmo ēte effluere: qđ in alia q̄ōne est osīsuꝫ. Se-
cundo. q2 sꝫ eos sequebaꝛ ꝙ partiū vniuersi distictio: ⁊
eaꝝ ordo: eēnt a casu: q2 sic necesse erat ꝓꝑ mãe necītatē
2⁹ error ¶ Alij plalitatē reꝝ ⁊ modos diuersos caꝝ: ex necītate
cāe efficiētis ponebāt: sicut Auic. ⁊ ei⁹ sequaces. Posuit
eniꝫ ꝙ pmū ens inq̃tū itelligit seipm ꝓducit vnum tm̃
causatū: qđ est itelligētia pma: quā necesse erat a simpli-
citate pmi entis deficere: vtpote inq̃tū potētialitas ice-
pit admisceri actui: inq̃tū ab alio esse recipiēs nō est suū
esse: sed quodāmō potētia ad illud. Et sic inq̃tū itelligit
pmū ens: ꝓcedit ab ea alia itelligētia ea iferior. Inq̃tuꝫ
vero itelligit potētiā suā: ꝓcedit ab ea corpus celi qđ mo-
uet. Inq̃tū vero itelligit actū suū: ꝓcedit ab ea aīa celi
pmi. Et sic ꝯñr multiplicanꝛ per multa media res diuer-
reprob⁹ se. Sꝫ hec ēt positio stare nō potest. Prio q2 ponit poten-
tiā diuinā termiari ad vnū effectū: qui est itelligētia pri-
ma. Scđo q2 ponit alias substātias ꝑter deum esse alia-
rū creatrices: qđ eē impossibile in alia q̄ōne ostensuꝫ est.
Sequitur ēt ad hāc positionē: sicut ⁊ ad pmas ꝙ decor
ordinis vniuersi sit casualis: ex quo reꝝ diuersitatē non
ascribit intētioni finis: sed terminationi potentiaꝝ acti-
3⁹ error uaꝝ ad suos effect⁹. ¶ Alij vō circa debitum cāe finalis
errauerūt: sicut Plato ⁊ ei⁹ sequaces. Posuit. n. ꝙ bōita-
ti dei ab eo itellecte ⁊ amate debitū esset tale vniuersuꝫ
ꝓducere: vt sic optim⁹ optimū ꝓduceret. Qđ q̄deꝫ pōt eē
veꝝ: si solū quātū ad ea que sunt respiciam⁹: nō aūt si re-
spiciam⁹ ad ea que eē pñt. Hoc. n. vniuersum est optimū
eoꝝ que sunt. Et qđ sit sic optimuꝫ: ex sūma dei bonitate
hꝫ. Nō tm̃ bonitas dei est ita obligata huic vniuerso: q̄n
melius vel min⁹ bonū aliud vniuersuꝫ facere potuisset.
4⁹ error ¶ Quidā ēt ōbitū cāe foꝛalis nō attēdētes: sꝫ solū debi-
tuꝫ diuine bonitatis errauerūt: sicut manichei: q cū cōsi-
derarēt deū esse optimum: crediderūt a deo esse tm̃ illas
creaturas: que iter alias sunt optime. s. spūales ⁊ incorru-
ptibiles. Corpalia vō ⁊ corruptibilia alteri attribuerunt
5⁹ error pncipio. Ex simili etiā fonte ꝓdijt Origeñ. erroꝛ: ꝫ huic
ꝯtrius. Cōsiderauit. n. deū esse optimū ⁊ iustū. vñ ab ipso
pmo fuisse cōditas optimas creaturaꝝ solas: ⁊ eq̄les exi-
stimauit. s. rōnales creaturas: q̄bus ex libero arbitrio di-
uersimode operātib⁹ in bonū vel in malū cōsecutū eē di-
cebat: vt diuersi gradus reꝝ in vniuerso ꝯstituerenꝛ. s.
illas rōnales creaturas: que ad deū ꝯuerse sūt in āgelicā
dignitatē eē ꝓmotas: ⁊ ſm diuersos ordines ꝓut magis
⁊ min⁹ meruerūt: econtrario vero ceteras rōnales: que ꝑ
liberū arbitriū peccauerūt in iferiora dicit esse ꝓlapsas
⁊ corporib⁹ alligatas: quasdā q̄dē soli lune ⁊ stellis: q̄ mi-
nus peccauerūt: q̄sdā vō corporib⁹ hoium: q̄sdā in demo-
reprob⁹ dictoꝝ. nes esse ꝯuersas. Uterq;. n. erroꝛ ordinē vniuersi ꝑterire
vł in sua cōsideratione: cōsiderando tm̃modo singulas
ꝑtes eius. Ex ipso. n. ordine vniuersi potuissꝫ eis rō appa-
rere: ꝙ ab vno pncipio nulla meritoꝝ dṽia ꝓcedēte: opor-
tuit diuersos gradus creaturaꝝ istitui: ad hoc ꝙ vniuer-
sum eēt cōpletū: repletāte vniuerso per multiplices ⁊ va-
rios modos creaturaꝝ: qđ in diuina bōitate simplr ⁊ in-
distincte pexistit: sicut ⁊ ipsa ꝑfectio dom⁹ ⁊ humani cor-
poris: diuersitatē partiū req̄rit. Neutꝝ aūt eoꝝ esset cō-
pletū: si oēs partes vni⁹ cōditionis existerent: sicut si oēs
ꝑtes hūani corporis eēnt oculus. Aliaꝝ. n. ꝑtiū deessent
officia. Et silr si oēs ꝑtes dom⁹ essent tectū: dom⁹ ꝯplemē-
tuꝫ ⁊ finē suū nō ꝯsequereꝛ: vt. s. ab ībrib⁹ ⁊ caumatibus
defendere posset. ¶ Sic igiꝛ dicēdū est ꝙ ab vno pmo Opiōis
multitudo ⁊ diuersitas creaturaꝝ ꝓcessit: nō ꝓꝑ mãe ne-
cessitatē: nec ꝓꝑ potētie limitationē: nec ꝓꝑ bōitateꝫ: nec
ꝓꝑ bōitatis obligationē: sꝫ ex ordine sapiētie: vt in diuer-
sitate creaturaruꝫ perfectio consisteret vniuersi.

Ad primū ḡ dōm. ꝙ sicut de⁹ est vn⁹: ita ⁊ vnū ꝓ-
duxit. Nō solū q2 vnūq̄dq; in se ē vnū: Ad pᵐ
sꝫ ēt q2 oīa quodāmodo sunt vnū ꝑfectū: que q̄dē vnitas
diuersitatē ꝑtiū req̄rit: vt osīsuꝫ est. ¶ Ad 2ᵐ dōꝫ ꝙ crea- 2⁹
tura assimilaꝛ deo in vnitate inq̃tū vnaq̄q; in se vna
est: ⁊ inq̃tū oēs vnū sunt vnitate ordinis: vt dictum est.
¶ Ad 3ᵐ dōm ꝙ malitia totalr in nō esse cōsistit: multi- 3⁹
tudo aūt causaꝛ ex ente. Ipsa. n. differētia ꝑ quā entia di-
uidunꝛ adinuicē: quoddā ens est. vñ deus non est actor
tendēdi ad nō eē: sꝫ est oīs eē actor: nō est pnᵐ malitie: sꝫ
est pnᵐ multitudinis. Sciēdum aūt ꝙ duplex est vnuꝫ:
qđdā. s. qđ ꝯuertiꝛ cuꝫ ente: qđ nihil addit supra ens nisi
indiuisionē: ⁊ h vnū ꝑuat multitudinē: inq̃tuꝫ multitu-
do ex diuisiōe causatur. Nō q̄dem multitudinē extrise-
caꝫ quā vnū ꝯstituit: sicut ꝑs. Sed multitudinē itrisecā
que vnitati opponiꝛ. Nō. n. ex h qđ aliq̄d dr̃ eē vnuꝫ: ne-
gatur q̄n aliq̄d sit extra ipm qđ cū eo ꝯstituat multitudi-
nē: sꝫ negaꝛ diuisio ipsi⁹ in multa. Aliud vero vnū est qđ
est pnᵐ numeri: qđ supra rōnē entis addit mēsurationeꝫ.
Et hui⁹ vnius multitudo est ꝑuatio: q2 numerus fit ꝑ di-
uisionē cōtinui. Nec tm̃ multitudo ꝑuat vnitateꝫ totalr:
cū diuiso toto adhuc remaneat pars idiuisa: sꝫ remouet
vnitatē toti⁹. Sꝫ malitia quātū est in se remouet bonita- 4⁹
tē: nullo mō eā ꝯstituēs: nec ab ea ꝯstituta. ¶ Ad 4ᵐ di-
cenduꝫ ꝙ ens alio modo se habet ad ea que sub ente cō-
tinentur ⁊ alio modo animal vel quodlibet aliud genus
ad species suas. Species enim addit super genus: vt ho-
mo supra aīal: differētiam aliquā que est extra essentiaꝫ
generis. Animal enim nominat tantū naturā sensibileꝫ
in qua rōnale nō cōtinetur. Sed ea que continentur sub
ente nō addunt aliquid supra ens qđ sit extra essentiam
eius. vnde non oportet ꝙ illud qđ est causa animalis in-
quantū est animal: sit causa rationalis inquātum huius-
modi. Oportet autē illud qđ est causa entis inquantum
est ens: esse causaꝫ: omniū differentiaꝝ entis: ⁊ per conse- 5⁹
quens totius multitudinis entiuꝫ. ¶ Ad q̄ntū dicēduꝫ.
ꝙ appropriatio cause ad effectuꝫ attēditur ſm assimila-
tioneꝫ effectus ad causaꝫ. Assimilatio auteꝫ creature ad
deum attēditur ſm hoc ꝙ creatura implet id qđ de ipsa
est in intellectu ⁊ volūtate dei. Sicuti artificiata similā-
tur artifici inquantum in eis exprimitur forma artis: et
ostenditur voluntas artificis de eorum constitutione.
Nā sicut res naturalis agit per formaꝫ suam: ita artifex
per suuꝫ intellectum ⁊ voluntatem. Sic igitur deus pro-
pria causa est vniuscuiusq; creature: inquantum intelli-
git ⁊ vult vnāquāq; creaturā eē. Qđ aūt dr̃ idē non posse
esse pluriū ꝓpriū: intelligēduꝫ est q̄n fit ꝓpriatio ꝑ ade- 6⁹
quationē: qđ in ꝓposito nō ꝯtingit. ¶ Ad 6ᵐ dicendum. 7ᵐ
ꝙ solutio patet ex dictis. ¶ Ad 7ᵐ dicendum. ꝙ licet sit
quedā similitudo creature ad deū: nō tm̃ est adequatio.
vnde nō oꝫ ꝙ si vnitas dei caret oī multitudine ⁊ ꝯposi-
tione: ꝙ ꝓpter hoc oporteat talē esse creature vnitatem.

8m ¶ Ad 8m dōm q̄ lz effect⁹ nō possit excedere cām suā: tn̄
cā pōt excedere effectū. Et iō licz ab vna cā possint pce-
dere plures effect⁹: tn̄ nō pōt vnus effectus a plurib⁹ cau
9m sis imediate pcedere. ¶ Ad 9m dōm q̄ lz eadē sit poten
tia in deo generādi ⁊ creādi sm rē: non tn̄ idē respect⁹ in
vtraqz cōnotat. Sz potētia generādi cōnotat respectuz
ad id qd̄ pcedit p nāz: ⁊ iō oz tm̄ vnū eē. Sz potētia creā
di iportat respectū ad id qd̄ pcedit p volūtatē. vn̄ nō oz
10m q̄ sit vnū. ¶ Ad 10m dōm. q̄ nō oz sicut dictū est vniuf-
modi vnitatē eē in creatura: ⁊ in deo: lz creatura deum
11m in vnitate imitetur. ¶ Ad 11m dōz. q̄ q̄uis actio dei sit
vna ⁊ simplex: q2 est eius eēntia: nō tn̄ oz q̄ sit vn⁹ tm̄ ef-
fectus: sz multi: q2 ex actione diuina pcedit effect⁹ sz or-
12m dinez sapiētie ⁊ arbitriū volūtatis. ¶ Ad 12m dōz. q̄ qn̄
exēplatū pfecte repn̄tat exēplar ab vno exēplari: nō est
nisi vnū exēplatū: nisi p accidēs: inquātū exēplata mālr
distiguunt. Creature vō nō pfecte imitant suū exēplar:
vn̄ diuersimode pn̄t ipm imitari: ⁊ sic eē diuersa exēpla-
ta. pfect⁹ aūt modus imitādi est vn⁹ tm̄. Et pp hoc filius
13m qui pfecte imitat̄ prē: nō pōt eē nisi vn⁹. ¶ Ad 13m dōz.
q̄ lz forma itellect⁹ diuini sit vna tm̄ sm rē: est tn̄ multi-
plex rōne sm diuersos respect⁹ ad creaturā: put. s. intelli
gunt̄ creature diuersimode formā diuini itellect⁹ imita
14m ri. ¶ Ad 14m dōm. q̄ isti diuersi respect⁹ ad creaturā nō
solū sunt in itellectu nr̄o: sz et̄ in itellectu diuino. Nec tn̄
diuersa aliq̄ sūt in itellectu diuino: in q̄bus de⁹ itelligat:
q2 itelligit tm̄ vno qd̄ est sua eēntia: sz sūt ibi mlta: vt ab
ipso itellecta. Sicut. n. nos itelligim⁹ q̄ creatura pt deū
multiplr imitari: ita ⁊ de⁹ h̄ intelligit: ⁊ per ɔn̄s itelligit
15m diuersos respect⁹ creature ad deū. ¶ Ad 15m dōz. q̄ sicut
deus vno itelligit oīa: ita et̄ ⁊ per vnā apprehēsionē. Nā
actus itellect⁹ oz eē vnū vl' multos: sm vnitatē vl' multi-
16m tudinē pncipij quo itelligit̄. ¶ Ad 16m dōz. q̄ lz multitu-
do pter multa nō fit nisi in rōne: multitudo tn̄ in multis:
est et̄ in rex nā. Sicut et̄ aīal cōe non est nisi in rōne: nā
tn̄ aīalis est in singularib⁹. Et pp h̄ multitudinē: ⁊ aīalis
17m nāz oz reducere in deuz: sicut in cām. ¶ Ad 17m dōm. q̄
vniuersuz qd̄ est a deo pductū: est optimū respectu eox
18m que sūt: nō tn̄ respectu eox: que de⁹ facere pōt. ¶ Ad 18m
dōm. q̄ rō illa tenet: qn̄ id qd̄ est ad finē pōt totalr ⁊ pfe
cte ɔseq̄ finē per modū adequationis: qd̄ in pposito nō
19m ɔtingit. ¶ Ad 19m dōm q̄ illa rō est Orig. nec h̄z magnā
efficaciā. Nō. n. est ɔ̄ iustitiaz q̄ ineqūlia cuilib⁹ dent̄: nisi
qn̄ alicui reddit̄ debitū: qd̄ in pma rex creatione nō pōt
dici. Qd̄. n. ex ppria liberalitate dat̄: pōt dari plus vl' mi
20m nus sm arbitriū dātis: ⁊ sm qd̄ ei⁹ sapiētia reqrit. ¶ Ad
20m dōm. q̄ lz creature alie sint angelo iferiores: tn̄ earū
pductio reqrit ifinitā virtutē pducētis: inquātū p crea
tionē pducunt̄ in esse: vtpote nō ex piacēti mā facte. Et
ideo oēs creature: que nō sunt facte ex preiacēti mā: opz
21m dicere imediate adeo eē creatas. ¶ Ad 21m dōm. q̄ cum
creatio terminet̄ ad eē tāq̄ ad ppriū effectū: ipole est di
cere: ea que a deo creant̄ ab angelis formas hr̄e: cū oē eē
22m sit a forma. ¶ Ad 22m dōm. q̄ lz qcqd deus facit in se sit
vnū: tn̄ hec vnitas vt dictū est nō remouet oēm multitu
23m dinē: sz manet illa cui⁹ vnū est ps. ¶ Ad 23m dōm. q̄ ver
buz ph̄i cū dicit q̄ de⁹ nihil itelligit extra se: nō est itelli-
gendū: q̄si de⁹ ea q̄ sunt extra ipm nō itelligat: sz quia illa
etiā que extra ipsuz sunt: nō ex se: sz in se intuetur: q2 per
24m eēntiā suā oīa alia cognoscit. ¶ Ad 24m dōm. q̄ creatu-
ra dicit̄ eē in deo duplr. vno modo sicut in cā gubernan
te ⁊ ɔseruāte esse creature. Et sic presupponitur esse crea
ture distinctū a creatore ad hoc q̄ creatura a deo esse di-
catur. Nō enim itelligitur creatura ɔseruari in esse: nisi
sm qd̄ iā habz esse in ppria nā: sm q̄ esse creatura a deo
distiguit̄. vnde creatura hoc modo in deo existēs nō est
creatrix essentia. Alio mō dr̄ creatura eē in deo: sic in vtu
te cāe agētis: vl' sicut in cognoscēte. Et sic creatura in deo
est ipsa eēntia diua: sicut dr̄ Jo. i. qd̄ factū est in ipso vita
erat. Cuius aūt h̄ mō creatura in deo exn̄s sit diua essen
tia: nō tn̄ p istū modū est ibi vna tm̄ creatura: sed multe.
Nā eēntia dei est sufficiēs mediū ad cognoscēdū diuer-
sas creaturas: ⁊ sufficiēs vt⁹ ad eas pducēdas.

¶ Utrū mūdus semper fuerit.

DEcimoseptimo q̄rit̄. Utrū mun-
dus semp fuerit:
¶ Et vr̄ q̄ sic. Q2 ppriū semp ɔseq̄t̄ id cui⁹ 1m
est ppriū. Sz sicut dic̄ Diony. 4°. ca. cel. hier.
ppriū est diue bonitatis ad cōicationē sui ea
que sunt vocare: qd̄ q̄dē fit creaturas pducēdo. cū g̊ diui
na bonitas semp fuerit: vr̄ q̄ semp creaturas in eē pdu-
xerit. Et ita vr̄ q̄ semp fuerit mūdus. ¶ P̄. de⁹ nō dene- 2m
gauit alicui creature id cui⁹ ē capax sz suā nām. Sz aliq̄
creature sunt: q̄x nā est capax vt semp fuerit: sicut celuz:
g̊ vr̄ q̄ h̄ fuerit celo collatuz: vt semp eēt. Sz celo existe
oz pōere alias creaturas eē: sicut pbat ph̄s in 2°. ce. ⁊ mū.
g̊ vr̄ q̄ mūdus fuerit semp. Probatio medie: oē qd̄ ē in-
corruptibile h̄z vtutē: vt sit semp: q2 si hēret vtutē: vt eēt
aliq̄ tpe determiato tm̄ nō possz eē semp. ⁊ ita nō eēt in-
corruptibile. Celū aūt est icorruptibile. g̊ h̄z nāz q̄ sit sp.
¶ Sz dice. q̄ celū nō ē simplr icorruptibile. Decideret
eniz in nihilū nisi pvtutē dei ɔtineret̄ in eē. ¶ Sz ɔtra. 3m
Nō est reputādū aliq̄d eē pole vel ɔtingēs: pp h̄ q̄ eius
destructio seq̄t̄ ex destructiōe ɔsequētis: lz. n. hoiem esse
aīal sit necessariū: tn̄ distructio ei⁹ seq̄t̄ ad destructionez
hui⁹ ɔsequētis: hoiem eē substātiaz. Nō ergo vr̄ q̄ pp h̄
possit dici celū eē corruptibile: q2 ei⁹ nō eē sequit̄ ad ali-
quā positionē: qua ponit̄ deus suā ɔtinentiā subtrahere
creaturis. ¶ P̄. sicut Auic. pbat in sua metaphisica: qli- 4m
bet effect⁹ in cōparatiōe ad suā cāz est necessari⁹: q2 si po
sita cā nō necessario seqtur effect⁹: adhuc posita cā possi-
bile erit effectū eē vel nō esse: qd̄ aūt est in po⁹ nō reduci
tur in actū nisi p id qd̄ est actu. vn̄ oportebit q̄ pter cām
p̄dictā: sit aliqua alia cā que faciat effectū pdire in actū
ex potētia qua possibile erat ipm eē vel nō eē posita cā.
Ex quo pōt accipi q̄ posita cā sufficiēti necesse est ipsum
poni. Sed de⁹ est cā sufficiēs mūdi. Cū g̊ de⁹ fuerit semp:
⁊ mundus fuit semp. ¶ P̄. oē qd̄ est ante tēpus: est eter- 5m
nuz. Euuz eniz nō est ante tēpus: sed incepit simul cū tpe
Sed mūdus fuit ante tēpus. Fuit eni creatus in primo
instanti tēporis: qd̄ constat esse ante tēpus. Dicitur eniz
Gen. p̄. In pncipio crea. deus celum ⁊c̄. Glo. i. In pncipio
tēporis. ergo mūdus fuit ab eterno. ¶ P̄. idē semp facit 6m
idē nisi ipediat̄. Sed de⁹ sp idē manet: sicut in psalmo le
git̄. Tu aūt idē ipse es. Cū igit̄ in sua actiōe impediri nō
possit pp ifinitatē sue potētie: vr̄ q̄ sēp idē faciat. Et ita
cū aliqn̄ mundū pduxerit. vr̄ q̄ et̄ semp ab eterno pdu
xerit. ¶ P̄. sicut homo necessario vult suam beatitudi- 7m
nez: ita deus necessario vult suam bonitatē: ⁊ qd̄ ad eam
pertinet. Sed ad bonitatē diuinā pertinet pductio crea
turarū in esse. ergo hoc deus de necessitate vult: ⁊ ita vi-
detur q̄ ab eterno pducere creaturas voluerit: sicut vo
luit ab eterno bonitatē suam esse. ¶ Sed dice. q̄ ad bo
nitatem dei pertinet q̄ creature pducantur in esse: non
autez q̄ pducātur in esse ab eterno. ¶ Sed contra. ma- 8m
ioris liberalitatis est aliquid citius dare q̄z tardius. Sz
liberalitas diuine bonitatis est infinita. ergo videtur q̄
ab eterno eē creaturis dederit. ¶ Preterea. August in⁹ 9m
dicit. Illud dico te velle: qd̄ facis si potes. Sed deus ab
eterno voluit munduz producere: alias fuisset mutat⁹ si

accessisset ei noua volūtas mūdi creādi. Cū ḡ nulla ipotē
10 tia ei ꝯueniat: vī ꝙ ab eterno mundū ꝓduxerit. ¶ P̄. si
mūdus nō semꝑ fuit: añq̄ mūdus eēt: aut erat possibile
ipm esse: aut nō. Si nō erat poſe. ḡ ipoſe erat ipm eē ꝛ ne
cesse nō esse: ꝛ sic nūq̄ fuisset in esse ꝓduct⁹. Si aūt poſe
erat eū esse: ḡ erat aliqua potētia respectu ipsi⁹: ꝛ ita erat
aliquod subiectuꝫ siue mā: cū po^a nō nisi in subiecto eē
possit. Sꝫ si fuit mā: fuit ꝛ forma: cuꝫ mā nō possit oīo eē
a forma denudata. ḡ fuit aliqđ corp⁹ ꝯpositū ex mā ꝛ for
11 ma: ꝛ ex ꝯsequēti fuit totū vniuersū. ¶ P̄. oē qđ fit actu
postq̄ fuit poſe fieri: educit̄ de potētia in actū. Si ḡ mū
dus fuit poſe fieri añq̄ eēt: oꝫ dicere mūdū eductū eē d
potētia in actū: ꝛ ita māꝫ p̄cessisse ꝛ fuisse eternā. Ex quo
12 sequit̄ idē qđ prius. ¶ P̄. oē agēs qđ de nouo īcipit age
re: mouet̄ de potētia in actū. Sed hoc deo nō pōt ꝯpete
re: cū ipse sit oīo imobilis. ḡ videt̄ ꝙ ipse nō icepit de no
13 uo agere: sꝫ ꝙ ab eterno mūdū ꝓduxerit. ¶ P̄. agēs per
volūtatē si icipit facere qđ pri⁹ volebat: cū antea nō fecis
set: oꝫ ponere aliqđ eē nūc iducēs ipm ad agēdū: qđ pri⁹
nō iducebat: qđ est quodāmodo expergefaciēs ipꝫ. Sꝫ
nō pōt dici ꝙ aliqđ aliud fuerit p̄ter deuꝫ ante munduꝫ
qđ de nouo eū iduxerit ad agēdū. Cū ergo ab eterno vo
luerit mundū facere: alias volūtati ei⁹ aliqđ accreuisset:
14 videt̄ ꝙ ab eterno fecerit. ¶ P̄. nihil mouet volūtateꝫ
diuinā ad agēdū: nisi bonitas eius. Sed bonitas diuina
semꝑ eodē modo se hꝫ. ḡ ꝛ volūtas dei semꝑ se hꝫ ad ꝓ
ductioneꝫ creaturaꝝ: ꝛ ita ab eterno creaturas ꝓduxit.
15 ¶ P̄. illud qđ est semꝑ in p̄ncipio ꝛ in fine sui nūq̄ inci
pit nec desinit: q2 vnaqueq3 res est post sui p̄ncipiuꝫ ꝛ añ
sui finē. Sꝫ tēpus semꝑ est in sui p̄ncipio ꝛ in sui fine: ni
hil eniꝫ est tēporis nisi instās: qđ est finis p̄teriti: ꝛ p̄nci
piū futuri: ḡ tp̄s nūq̄ incipit nec desinit: sed semꝑ est: ꝛ ꝑ
ꝯsequēs mot⁹ semꝑ: ꝛ mobile semꝑ: ꝛ tot⁹ mūdus. Tp̄us
eniꝫ non est sine motu: nec mot⁹ sine mobili: nec mobile
sine mūdo. ¶ Sꝫ dice. ꝙ p̄mū istās tēporis nō est finis
16 p̄teriti: nec vltimū p̄ncipiū futuri. ¶ Sꝫ ꝯ. nūc tēporis
semꝑ ꝯsiderat̄: vt fluēs: ꝛ in hoc differt a nunc eternita
tis. Sꝫ qđ fluit ab alio in aliud fluit. ergo oꝫ oē nūc a p̄o
ri: nūc in posteri⁹ fluere. ergo ipossibile est esse aliqđ pri
17 muꝫ vel vltimū nūc. ¶ P̄. mot⁹ seq̄tur mobile: ꝛ tp̄s seq
tur motū. Sed p̄ᵐ mobile cū sit circulare: nō hꝫ p̄ncipiū
neq3 finē: q2 in circulo nō est accipere principiū ꝛ finē in
actu. ḡ neq3 motus neq3 tp̄s hn̄t p̄nᵐ. ꝛ sic ideꝫ qđ prius.
¶ Sꝫ dice. ꝙ licꝫ ipꝫ corp⁹ circulare nō habeat p̄ncipiū
18 magnitudinis: hꝫ tñ p̄ncipiū durationis. ¶ Sꝫ ꝯ. dura
tio motus: seq̄tur mēsurā magnitudinis: q2 f3 phm quā
ta est magnitudo: tātus est ꝛ mot⁹: ꝛ tātū tp̄s. Si ergo in
magnitudine corporis circularis nō est aliqđ p̄ncipiuꝫ:
nec in magnitudine motus: ꝛ tēporis erit p̄ncipiuꝫ: ꝛ per
ꝯsequēs: nec in eoꝝ duratione: cū eoꝝ duratio: ꝛ p̄cipue
19 tēporis: sit eoꝝ magnitudo. ¶ P̄. deus est cā reꝝ ꝑ sciaꝫ
suā. Scia aūt relatiue dr̄ ad scibile. cū igr̄ relatia sint sil
nā: ꝛ scia dei sit eterna: vī ꝙ res sint ab ipso ab eterno ꝓ
20 ducte. ¶ P̄. aut de9 p̄cedit mūdū nā tm̄: aut duratōe. Si
nā tm̄ sic cā effcꝫ sibi coeuū: vī ꝙ cū ds fuerit ab eterno:
ꝛ ꝙ creature fuerint ab eterno. Si aūt p̄cedit mundum
duratiōe. ḡ est accipere aliq̄ duratione priorē duratiōe
mūdi: que se hꝫ ad duratione mūdi: vt prius ad posteri⁹.
Sed duratio que hꝫ p̄us ꝛ posterius: est tp̄us. ergo ante
mundū fuit tēpus: ꝛ per ꝯsequens motus ꝛ mobile: ꝛ sic
21 idē qđ p̄us. ¶ P̄. Augustin⁹ dicit. deū ab eterno dn̄ꝫ nō
fuisse dicere nolo. Sed quādocūq3 fuit dn̄s habuit crea
turā sibi subiectā. ḡ nō est dicēdū ꝙ creatura non fuerit
22 ab eterno. ¶ P̄. deus potuit mundū ꝓducere anteq̄ ꝓ
duxerit: alias ipotēs fuisset. Sciuit etiaꝫ ante ꝓducere:
alias ignorās esset. vī etiā ꝙ voluit: alias inuidus fuisset.
ergo videt̄ ꝙ nō iceperit de nouo producere creaturas.
¶ P̄. omne qđ est finitū est cōicabile creature. Sꝫ eter 23
nitas est quoddā finitū: alias nihil posset esse vltra eter
nitatē: dicit̄ eniꝫ Exo. 15. Dn̄s regnauit in eternū ꝛ vltra.
ergo videt̄ ꝙ creatura fuerit eternitatis capax. Et sic cō
ueniēs fuit diuine bonitati ꝙ creaturaꝫ ab eterno ꝓdu
xerit. ¶ P̄. oē qđ incipit hꝫ mēsuraꝫ sue durationis. Sꝫ 24
tēpus nō pōt hr̄e aliquā mēsurā sue durationis. Nō eniꝫ
mēsurat̄ eternitate: q2 sic semꝑ fuisset. Nec euo: q2 sic in
perpetuū duraret. Nec tp̄e: q2 nihil est mēsura suiipsius.
ergo tēpus non icipit esse: ꝛ ita nec mobile nec mundus.
¶ P̄. si tēpus icepit esse: aut icepit esse in tp̄e: aut in istā 25
ti. Sed nō incepit esse in istāti: q2 in istanti tēpus nōduꝫ
est. Nec iterū in tp̄e: q2 sic nihil tēporis ante tēporis ter
minū esset. nihil. n. rei est anteq̄ res esse icipiat. ergo tp̄s
nō icepit esse: ꝛ sic idē qđ prius. ¶ P̄. de⁹ ab eterno fuit 26
cā reꝝ: alias oporteret dicere ꝙ prius fuit cā in potētia:
ꝛ postea in actu: ꝛ sic esset aliqđ prius: qđ reduceret ipm
de potentia in actū: qđ est ipossibile. nihil aūt est cā: nisi
causatū habeat. ergo mūdus fuit a deo ab eterno creat⁹.
¶ P̄. veꝝ ꝛ ens ꝯuertunt̄. Sed multa sunt vera ab eter 27
no: sicut hominē nō esse asinū: ꝛ mundū futurū eē: ꝛ mul
ta similia. ergo videt̄ ꝙ multa sunt entia ab eterno: ꝛ nō
solū deus. ¶ Sꝫ dice. ꝙ oīa ista sunt vera veritate p̄ma
que deus est. ¶ Sed cōtra. Alia veritas est h⁹ ꝓpositio 28
nis: mūdū futurū esse: ꝛ hui⁹: hominē nō esse asinū: q2 po
sito per ipossibile ꝙ vna sit falsa: adhuc reliqua erit v̄a.
Sed veritas p̄ma nō est alia ꝛ alia. ergo nō sunt vera ve
ritate p̄ma. ¶ P̄. f̄m phꝫ in p̄dicamētis ex eo ꝙ res est 29
vel nō est: oro vera vel falsa est. Si igit̄ multe ꝓpositio
nes vere sint ab eterno: videtur ꝙ res per eas signate ab
eterno extiterint. ¶ P̄. deo idē est dicere qđ facere. vñ 30
in Psal. dixit ꝛ facta sunt. Sed dicere dei est eternū: ali
as filius qui est verbū patris nō esset patri coetern⁹. ḡ et
facere dei est eternū: ꝛ ita mūdus est fact⁹ ab eterno.

Sed contra est qđ dr̄. ꝓuer. 8°. ex ore diuine sa 1.p
pientie. Nōdū erāt abyssi: ꝛ ego ꝯce
pta e. nec. d. fon. aquaꝝ eru. nec dū mō. ꝛ graui. m. ꝯstite.
añ colles e par. adhuc terrā nō fecit. ꝛ flu. ꝛ car. orb terre
ḡ car. orbis terre ꝛ flumia ꝛ terra nō sp̄ fuerūt. ¶ P̄. f3 2.
Priscianum q̄to tp̄e iuniores: tāto itellu p̄spicaciores.
Sed p̄spicacitas nō est ifinita. ergo nec tēpus quo per
spicacitas creuit fuit ifinitū: ꝛ per ꝯsequēs nec mundus.
¶ P̄. Job. 14°. Aluuione paulatim terra cōsumit̄. Sed 3.
terra nō est ifinita. Si ergo fuisset tempus ifinitū: iaꝫ to
taliter eēt ꝯsumpta: qđ pꝫ esse falsum. ¶ P̄. cōstat deum 4.
nālr esse mūdo p̄orē: sicut cā effectu. Sed in deo ideꝫ est
duratio ꝛ nā. ergo deus duratione prior est mundo: ꝛ ita
mundus nō semper fuit.

Respōdeo. dōm ꝙ firmiter tenendū est mūduꝫ Rn̄o
non semꝑ fuisse: sicut fides catholica
docet. Nec hoc pōt aliqua physica demōstratione effica
citer ipugnari. ¶ Ad cuius euidētiā sciēduꝫ est ꝙ sicut
in qōne alia est habitū: in operatiōe dei nō potest accipi
aliquod debituꝫ ex parte cāe mālis: neq3 potētie actiue
agentis: nec ex parte finis vltimi: sꝫ solū ex parte forme
que est finis operationis: ex cui⁹ presuppositione reqrit̄
ꝙ talia existāt qualia cōpetunt illi forme. Et ideo aliter
dicēdum est de ꝓductione vnius particularis creature
ꝛ alr de exitu totius vniuersi a deo. Cū enim loqmur de
ꝓductione alicuius singularis creature: potest assignari
rō quare talis sit ex aliqua alia creatura: vel saltez ex or
dine vniuersi ad quē quelibet creatura ordinatur: sicut
pars ad formā totius. Cuꝫ aūt de toto vniuerso loqmur

educendo in esse:non possum⁹ vlterius aliqđ creatū inue
nire ex quo possit sumi rō quare sit tale vel tale. vnde cū
nec etiā ex parte diuine potentie que est infinita:nec di/
uine bonitatis que rebus non indiget:ratio determiate
dispositiōis vniuersi sumi possit:oportet ꝙ eius rō suma/
tur ex simplici volūtate ꝓducentis:vt si q̄rat⁹ q̄re quā/
titas celi sit tanta ꝛ non maior:nō pōt huius ratio reddi
nisi ex voluntate ꝓducentis. Et ꝓpter hoc etiaȝ vt Ra/
bimoy. dicit:diuina scriptura inducit homines ad consi/
deratiōnē celestiū corpoꝝ:per quoꝝ dispōnē maxīe ostē/
ditur ꝙ oīa subiacēt volūtati ꝛ ꝓuidentie creatoris. Nō
eni pōt assignari ratio quare talis stella tātū a tali distet:
vel aliqua hꝫ que in dispositione celi cōsideranda occur
runt: nisi ex ordine sapientie dei. vñ dr̄ Isa. 40. Leuate
in excelsuȝ ocu. vr̄os ꝛ videte qs creauit hoc. Nec obstat
si dicat̄ ꝙ talis quātitas cōsequit̄ nām celi vel celestiuȝ
corpoꝝ:sicut ꝛ oiuȝ natura cōstantiū est aliqua determia
ta quātitas. Quia sicut diuina potentia non limitatur ad
hanc quātitatē magis q̄ȝ ad illā. Ita non limitat̄ ad nām
cui debeat̄ talis q̄titas:magis q̄ȝ ad naturā cui alia q̄ti/
tas debeat̄. Et sic eadē redibit questio de natura:que est
de quātitate:q̄uis concedam⁹ ꝙ nā celi nō sit indifferēs
ad quālibet quātitatē:nec sit in eo possibilitas ad aliam
quātitatē nisi ad istaȝ. Non sic aūt potest dici de tēpore:
vel temporis duratione. Nam tp̄s est extrinsecū a re:sicͭ
ꝛ locus. vnde etiā in celo in quo nō est possibilitas respe/
ctu alterius quātitatis:vel accidentis interi⁹ inherentis:
est tñ in eo possibilitas respectu loci ꝛ situs:cū localr̄ mo/
ueatur:ꝛ ēt respectu tp̄is:cū sꝑ tp̄s succedat tēpori: sicut
est successio in motu ꝛ in vbi. vñ nō pōt dici ꝙ neqȝ tēpus
neqȝ vbi cōsequat̄ naturā eius:sicut de quātitate diceba
tur. vñ pȝ ꝙ ex simplici dei voluntate dependet ꝙ prefi/
gatur vniuerso determinata quātitas durationis:sicut ꝛ
determinata quātitas dimēsionis. vñ non pōt necessario
cōcludi aliquid de vniuersi duratione:vt per hoc ostēdi
1ª opio possit demōstratiue mūdū semꝑ fuisse. Quidā vō nō con
siderantes exitum vniuersi a deo:coacti sunt circa ince/
ptionē mūdi errare. Quidā nāqȝ cām agenteȝ ꝓtermittē
tes:solā māȝ a nullo creatā ponētes q̄ oīum cā esset:sicut
antiquissimi nāles:necessario habuerūt dicere māȝ sem
per fuisse. Cū.n. nihil se educat de nō esse in esse:opȝ cām
aliaȝ habere qđ incipit esse. Et hi posuerūt vel mūdū sꝑ
fuisse ꝯtinue:qꝛ nō ponebāt nisi nālr agentia:que deter/
minabant̄ ad vnū. Ex quo oportebat ꝙ semper idē effe/
ctus sequeret̄. Uel cū interruptiōe:sicut Democritus q
ponebat mūdū vel mūdos potius multotiens fuisse cō/
positos ꝛ dissolutos casu:ꝓpter casualē motū athomoꝝ.
Sed quia incōueniens videbat̄ ꝙ oēs cōuenientie ꝛ vti
litates in reb⁹ nālib⁹ existentes essent a casu:cū semꝑ vl̄
in pluribus inueniant̄:qđ tñ necesse erat sequi si solū mā
poneret̄:ꝛ ꝓcipue cū inueniant̄ qdā effect⁹ ad quos cāli/
2ª opio tas materie nō sufficit. Ideo alij posuerūt cām agentē:si/
cut Anax. itellectū. ꝛ Emp. amicitiā ꝛ litem. Sȝ tñ isti nō
posuerūt hꝰ cās agentes vniuersi esse:sed ad modū aliaꝝ
ꝑticularium agentiū:que agūt māȝ transmutādo de vno
in aliud. vñ necesse erat eis dicere ꝙ mā esset eterna: vt
pote nō habens cāȝ sui esse:sed mūdū icepisse:qꝛ ois effe/
ctus cause agentis per motū sequit̄ suā cām in duratiōe:
3ª opio eo ꝙ effect⁹ nō est nisi in termio motus ante quē est p̄mͫ
motus:cū quo sit̄ opȝ esse agens a quo est p̄mͫ mot⁹. Ari.
vō cōsiderans ꝙ si ponat̄ cā ꝯstituens mūdū:agere p mo
tum:sequeret̄ ꝙ sit abire in infinituȝ:qꝛ āte quēlibet mo
tum erit mot⁹:posuit mūdū semꝑ fuisse. Nō.n. ꝓcessit ex
cōsideratione illa qua intelligit̄ exit⁹ vniuersi esse a deo:
sed ex illa cōsideratiōe qua ponit̄ aliqđ agēs icipere ope/
rari per motū:qđ est particularis cāe ꝛ nō vniuersalis. Et
ꝓpter hoc ex motu ꝛ imobilitate primi motoris: rōnes
suas sumit ad mūdi eternitatē ostendendā. vñ diligēter cō/
sideranti rōnes ei⁹ apparent q̄si rōnes disputantis cōtra
positionē. vñ ꝛ in p̄ncipio 8ⁱ phisicoꝝ mota questione de
eternitate mot⁹:p̄mittit opiniōes Anax. ꝛ Emp. ꝯtra q̄s
disputare intendit. Sed sequaces Ari. cōsiderantes exi/ 4ª opio
tum toti⁹ vniuersi a deo per suam voluntatē:ꝛ nō per mo
tum:conati sunt ostendere mūdi eternitatē:per hoc ꝙ vo
luntas nō retardat facere qđ intendit:nisi ꝓpter aliquaȝ
inouationē vel imutationē. saltē quā necesse est imagina/
ri in successione tp̄is:dum vult facere hoc tūc ꝛ nō prius.
Sed isti ēt in defectū similē inciderūt:in quem ꝛ p̄dicti.
Cōsiderauerūt enim p̄mū agens ad similitudinē alicu⁹
agentis qđ suā actionē exercet in tp̄e:q̄uis per volunta/
tem agat:qđ tñ nō est cā ipsi⁹ tp̄is:sed tp̄s p̄supponit. De⁹
aūt est cā etiā ipsius tēporis. Nā ꝛ ipȝ tēpus in vniuersi/
tate eoꝝ q̄ a deo facta sunt ꝯtinet̄. vñ cū de exitu vniuer/
si eē a deo loqmur:nō est ꝯsiderandū ꝙ tūc ꝛ nō p̄us fece
rit. Ista.n. ꝯsideratio. tp̄us p̄supponit ad factionem:non
aūt subijcit factioni. Sed si vniuersitatis creature ꝓdu/
ctionē cōsideram⁹:inter quas ē etiā ipsum tempus:ē cōsi
deranduȝ quare tali tempori talē mēsurā prefixerit:non
quare hoc fecit in tali tp̄e. prefixio aūt mensure tp̄is de/
pendet ex simplici voluntate dei:q voluit ꝙ mundus nō
esset semꝑ:sed q̄nqȝ esse inciperet:sicut ꝛ voluit ꝙ celum
nec esset maius vel minus.

Ad primum ergo dōm ꝙ bonitatis ꝓpriū ē pro Ad p̄ͫ
ducere res in esse mediante volū/
tate c⁹ est obiectū. vñ nō oportuit ꝙ q̄ncūqȝ fuit diuina
bonitas res ꝓducerent̄ in esse:sed s̄m dispōnē volūtatis
diuine. ❡ Ad 2ͫ dōm:ꝙ in corpore celesti cū sit īcorru/ 2ͫ
ptibile ē virtus vt sit semper. Sȝ nulla virtus neqȝ eēn/
di neqȝ operandi respicit p̄teritū:sed solū presens vel fu/
turū. Nullus eniȝ hȝ virtutē ad hoc ꝙ aliquid fecerit:qꝛ
qcqd nō est factū nō potest factū fuisse:sed hȝ aliq̄s v̄tutē
ad hoc:vt nūc vel in posteꝝ faciat. vñ ꝛ virt⁹ existēdi sꝑ
que inest celo:nō respicit p̄teritū sed futurū. ❡ Ad 3ͫ di/ 3ͫ
cendū ꝙ nō pōt dici simpl̄r loquēdo celū esse corruptibi
le:ꝓpter hoc ꝙ in nō eē decideret:si a deo nō cōtineret̄.
Sȝ tñ qꝛ creaturā cōtineri in esse a deo:dependet ex imo
bilitate diuina:nō ex necessitate nāe:vt possit dici ꝙ sit
nec̄ariū absolute:cū sit nec̄ūȝ solū ex suppositione diuie
volūtatis que hoc imobiliter statuit:pōt cōcedi secūduȝ
quid corruptibile eē celū:cum hac. s. conditione: si deus
ipsum non cōtineret. ❡ Ad 4ͫ dōȝ:ꝙ oīs effect⁹ hȝ ne/ 4ͫ
cessariā habitudinē ad suā cām sufficientē:siue sit cā na/
turalis siue voluntaria. Sed non ponim⁹ deū causaȝ mū
di ex necessitate nature sue:sed ex voluntate vt supra di/
ctum est. vnde necessariū ē effectū diuinū sequi nō q̄ncū
qȝ natura diuina fuit:sed q̄ñ dispositū ē volūtate diuina
vt eēt:ꝛ s̄m modū eundem quo voluit vt esset. ❡ Ad 5ͫ 5ͫ
dōȝ. ꝙ ante tp̄s aliquid eē pōt itelligi dupliciter. vno mō
ante totū tempus:ꝛ ante oē id qđ est temporis:ꝛ sic mun/
dus non fuit ante tempus quia instans in quo cepit mū/
dus:lȝ non sit tempus est aliquid temporis:nō quidē vt
pars:sed vt termin⁹. Alio mō intelligit̄ aliquid esse ante
tempus:qꝛ est ante temporis cōpletionē:qđ non comple/
tur nisi in instanti añ qđ est aliud instans. Et sic mundus
est ante tempus. Nō aūt oportet ꝓpter hoc ꝙ sit etern⁹:
qꝛ nec ipsum instans tp̄is qđ sic est ante tempus:est eter/
num. ❡ Ad 6ͫ dōm. ꝙ cuȝ omne agens agat sibi simile: 6ͫ
opȝ ꝙ effectus hoc modo sequat̄ a causa efficaciter ope/
rante ꝙ similitudinē cause retineat. Sicut qđ est a cā na
turaliter agēte retinet similitudinē eius prout hȝ formā

similem forme agentis:ita qḋ est ab agente volũtario re
tinet similitudinem eius:prout habet formam similem
cause:ſm q̈ hoc ꝓducit̃ in effectu:qḋ est in voluntatis
dispositione:vt pȝ de artificiato respectu artificis. volun
tas aũt nõ disponit solũ de forma effect⁹:sȝ de loco dura
tione ꝛ omnibus cõditionibus ei⁹:vñ oportet q̈ effectus
voluntatis tunc sequat̃ quando voluntas disponit : non
qñ voluntas est. Non.n.ſm esse.sed ſm id quod volũtas
disponit effect⁹ volũtati similat̃.licet igitur voluntas sp
sit eadẽ:nõ tñ oportet q̈ semper ex ea effectus sequatur.
7ᵐ ❡ Ad 7ᵐ dõm:q̈ deus de necessitate vult suã bonitatẽ:ꝛ
omne id sine quo sua bonitas eẽ nõ potest.Tale aũt non
8ᵐ est creaturaꝝ ꝓductio.vnde rõ non sequit̃.❡ Ad 8ᵐ di
cendũ:q̈ cũ deus creaturas ad manifestationẽ sui ꝓdu
xerit:conuenienti⁹ fuit ꝛ melius vt sic ꝓducerent̃:sic cõ
uenientius ꝛ expressius eũ poterãt manifestare.Expressi
us aũt manifestat̃ ex creaturis si nõ semꝑ fuit:q: in h ma
nifeste apparet:q: ab alio educte sunt in eẽ:ꝛ q̈ de⁹ crea
turis nõ indiget:ꝛ q̈ creature oĩno diuine subiacent volũ
9ᵐ tati.❡ Ad 9ᵐ dõm:q̈ deus eternã voluntateȝ habuit de
mũdi factione:non tñ vt mundus semꝑ fieret:sed vt tũc
10ᵐ fieret qñ fecit.❡ Ad 10ᵐ dõm:q̈ anteq̃ mũdus esset:pos
sibile erat mũdũ fieri:nõ quidẽ aliq̃ potentia passiua: sȝ
soluȝ per potentiã actiuã agentis. Uel potest dici q̈ fuit
possibile:nõ per aliquã potentiã:sed q: termini non sunt
inuicem discoherentes:huius.s.ꝓpositionis:mũdus est.
Sic.n.dr̃ esse aliquid possibile ſm nullã potentiã:vt pȝ p
11ᵐ 12ᵐ phm̃ in 5ᵒ meta.❡ Et per hoc pȝ solꝰ ad 11ᵐ. ❡ Ad 12ᵐ
dõm:q̈ rõ illa ꝓcedit de agente qḋ incipit agere actione
noua.Sed dei actio est eterna:cũ sit sua sub̃a.Dicit̃ autẽ
incipere agere rõne noui effect⁹:qui ab eterno actione cõ
sequit̃ ſm dispositionẽ volũtatis:que itelligit̃ q̃si actio
nis pñᵐ in ordine ad effectũ.Effectus.n.ab actione sequi
tur ſm cõditionẽ forme:que est actionis pñᵐ:sicut aliqḋ
est calefactũ p calefactionẽ ignis ſȝ modũ caloris ignis.
13ᵐ ❡ Ad 13ᵐ dõm:q̈ ratio illa ꝓcedit de agente qḋ ita facit
effectũ suuȝ in tempore:qḋ tñ nõ est tpis cã:qḋ in deo lo
14ᵐ cum non hȝ:vt ex supra dictis pȝ.❡ Ad 14ᵐ dõȝ:q̈ si mo
tus ꝓprie accipiat̃:diuina voluntas non mouet̃.Sȝ me
taphorice loquendo dr̃ moueri a suo volito.Et sic sola
dei bonitas mouet ipsam:ſm q̈ Aug.dicit 8ᵒ.super geñ.
ad lr̃am:q̈ deus mouet seipsum sine loco ꝛ tẽpore. Nec
tñ sequit̃ q̈ q̃ncũq̈ fuit bonitas ei⁹:tunc esset creaturaꝝ
ꝓductio:q: creature nõ ꝓcedũt a deo ex debito vel ne
cessitate bonitatis:cũ diuina bonitas creaturis nõ egeat:
nec per eas ei aliquid accrescat.Sȝ ex simplici volũtate.
15ᵐ ❡ Ad 15ᵐ dõm:q̈ cũ ꝑma successio tẽporis cãetur ex mo
tus successione.vt dr̃ in.4.phẏsi.ſm hoc veruȝ est q̈ oẽ
instans est pñᵐ ꝛ finis tpis:ſm q̈ veꝝ est q̈ omne momẽ
tum est pñᵐ ꝛ finis mot⁹:vñ si supponam⁹ motũ nõ sem
per fuisse:nec semꝑ futurũ eẽ:nõ oportebit dicere q̈ qḋli
bet instans sit pñᵐ ꝛ finis tpis:sed erit aliquod instãs qḋ
est tm̃ pñᵐ:ꝛ aliqḋ qḋ tm̃ finis.vñ pȝ q̈ ratio ista est cir
cularis:ꝛ ꝓpter hoc nõ est demõstratio.Sȝ tñ est efficax
ſm intentionem Arist.qui eam inducit cõtra positioneȝ.
vt dictũ est.Multe.n.rationes sunt efficaces cõtra põnẽ
ꝓpter ea q̃ ab aduersarijs ponũtur:que nõ sũt efficaces
16ᵐ simpl̃r.❡ Ad 16ᵐ dõm:q̈ instans semꝑ cõsiderat̃ vt flu
ens:sed non semper vt fluens ab aliquo in aliquid. Sed
q̃ncq̈ vt fluens ab aliquo tm̃:sicut vltimũ instans tempo
ris:q̃ncq̈ vt fluens in aliquid tm̃:sicut pᵐ instans. ❡ Ad
17ᵐ 17ᵐ dõm:q̈ illa rõ nõ ꝓbat q̈ motus semꝑ fuerit:sed q̈
motus circularis possit esse semꝑ:q: ex mathematicis nõ
potest aliquid efficaciter de motu cõcludi.vñ Ari.nõ pro
bat ex circulatione motus eius eternitatẽ.Sed supposi
to q̈ sit eternus:ostendit q̈ est circularis:quia null⁹ ali
us motus potest esse eternus. ❡ Et per hoc pȝ responsio 18ᵐ
ad 18ᵐ. ❡ Ad 19ᵐ dõm:q̈ sicut se habet scibile ad scienti 19ᵐ
am nostram:ita se habet scientia dei ad creaturas. Nam
scientia dei est causa creaturarum:sicut ꝛ scibile est cau
sa scientie nostre:vñ sicut scibile põt esse scientia nostra
non existente:vt dicitur in predicamentis:ita dei sciẽtia
esse potest scibili non existente. ❡ Ad 20ᵐ dõm:q̈ deus 20ᵐ
ꝑcedit mundum duratione:nõ quidẽ tẽporis sed eterni
tatis:quia esse dei non mensurat̃ tempore. Nec ante mũ
dum fuit tempus reale:sed solum imaginarium:prout.s.
nunc possum⁹ imaginari ĩfinita temporum spacia:eterni
tate existente potuisse reuolui ante temporis inceptionẽ
❡ Ad 21ᵐ dicendũ:q̈ si relatio dñij intelligat̃ consequi 21ᵐ
actionem qua deus actualiter creaturas gubernat:sic nõ
est ab eterno dñs. Si autem intelligatur consequi ipsaȝ
potestatem gubernãdi:sic competit ei ab eterno. Nec tñ
opȝ creaturas ab eterno ponere nisi in potentia. ❡ Ad 22ᵐ
22ᵐ dicendum:q̈ ratione illa vtitur Aug.ad ꝓbandũ co
eternitatẽ ꝛ coequalitateȝ filij ad patrem. Que tñ ratio
non est efficax de mundo:quia cum natura filij sit eadeȝ
cum patre requirit eternitatem ꝛ equalitatem patris: q̃
si sibi subtraheretur inuidie esset. Non aũt hoc requirit
natura creature:ꝛ ideo non est simile. ❡ Ad 23ᵐ dõm:q̈ 23ᵐ
ſm grecos dicitur.Dñs regnauit in seculũ.s.ꝛ adhuc.qḋ
exponens Orig.in glo.dicit q̈ seculũ intelligitur spaciuȝ
vnius generationis:cuius finis notus est nobis.per secu
lum seculi imensum spacium temporis qḋ finem habet:
tamen nobis ignotuȝ.sed adhuc vltra illud regnum dei
extenditur.Et sic eternum exponitur pro tpe diuturno.
Ansel.aũt in ꝓslogion exponit eternũ.pro euo qḋ nunq̃
finem habet.Et tñ vltra illud deus esse dicitur ꝓpter h.
Primo quia euiterna possunt itelligi nõ esse.Secũdo q:
non eẽnt nisi a deo continerent̃.Et sic de se nõ sunt.Ter
tio quia non hñt totũ esse suũ simul:cũ in eis sit aliq̃ mu
tationis successio. ❡ Ad 24ᵐ dõm:q̈ pro tanto opȝ illud 24ᵐ
qḋ icipit habere mẽsurã durationis:quia incipit per mo
tum.Sic aũt tps nõ incipit per creationẽ.vnde ratio nõ
sequitur.Et tñ potest dici q̈ omnis mensura in suo gene
re seipsa mensuratur:sicut linea per lineaȝ:ꝛ similiter tẽ
pus per tempus. ❡ Ad 25ᵐ dõm:q̈ tempus non habet 25ᵐ
sicut permanentia:quorum substantia est tota simul.vn
de non oportet q̈ totum tempus sit quando incipit esse.
Et sic nihil prohibet dicere q̈ tempus incipit in instanti
esse. ❡ Ad 26ᵐ dicendum:q̈ actio dei est eterna:sed effe 26ᵐ
ctus non est eternus:vt supra dictum est.vnde licet deus
non semꝑ fuerit causa:qui non semꝑ fuit effectus:nõ tñ
sequitur q̈ fuerit causa in potentia:quia actio eius sem
per fuit:nisi potentia ad effectum referatur. ❡ Ad 27ᵐ 27ᵐ
dicendum : q̈ ſm phm̃ in 6ᵒ. metaphisice:verum est in
mente non in rebus.Est enim adequatio intellectus ad
res.vnde omnia que fuerũt ab eterno:fuerunt vera ꝑ ve
ritatem intellectus diuini:que est eterna. ❡ Ad 28ᵐ di 28ᵐ
cenduȝ:q̈ omnia illa que ab eterno dicuntur esse vera:
non sunt alia ꝛ alia veritate vera:sed vna ꝛ eadem diui
ni intellectus veritate:ad diuersas tamen res in proprio
esse futuras relata.Et sic ex diuersa relatione põt aliqua
distinctio in illa veritate designari. ❡ Ad 29ᵐ dicendũ: 29ᵐ
q̈ verbum etiam phi intelligitur de oratione existente
in nostro intellectu:vel in nostra ꝓnunciatione.veritas
enim nostri intellectus vel verbi:ab existentia rei causa
tur.Sed econuerso veritas diuini intellectus est causa
rerum. ❡ Ad 30ᵐ dicendum:q̈ ex parte ipsius dei face 30ᵐ
re non importat aliquid qḋ sit aliud q̃ suum dicere. Nõ
enim actio dei est accidens:sed eius substantia.Sed fa

cere ipoztat effectum actualiter existentem in propria na
tura:qd per dicere non importatur.

Ar^m in 3riu. **Argumenta vero** que obijciuntur i 3riu lz
verū concludant:non tn̄
necessario:ꝓter primum:qd ex auctoritate ꝓcedit.Argu
mentū.n.perspicacitatis ſm temporis cursum:nō osten
dit tempus qn̄q3 incepisse.Potuit.n.esse.ꝙ scientiaꝝ stu
dia pluries fuerint intermissa:ꝛ postmodū post longa tē
pora quasi de nouo icepta:vt phs etiam dicit in ii° meta.
Tertia etiam non ita per aluuionem ex vna parte cōsu
mitur:quin etiam per mutuam elementorum conuersio
nem ex parte alia augmentet̄.Duratio etiam dei licet sit
idem qd eius natura ſm rem:tn̄ differt ratione.vnde nō
oportet ꝙ sit ꝑoꝛ duratione:si est ꝑoꝛ natura.

¶ Utrū angeli sint creati ante mūdū visibilem.

DEcimooctauo queritur vtruz an
geli sint creati āte
pm mūdum visibilem.¶ Et videt̄ ꝙ sic.quia vt
Damascenus refert in 2° li° Gregorius nazan
zenus dicit ꝙ deus primū excogitauit angeli
cas virtutes ꝛ celestes:ꝛ excogitatio fuit opus eius.ergo
prius fecit angelos q̄3 mūdū visibilem conderet.¶ Sed
dice.ꝙ ly primuz dicit ordinem nature:non durationis.
2m ¶ Sed cōtra.Damascenus ibidez ponit super hoc duas
opiniones:quaꝝ vna ponit angelos ꝑmū fuisse creatos:
alia vero dicit contrariū.Sed nulla vnq̄3 opinio posuit
quin angeli natura priores essent visibilibus creaturis.
3m ergo opz ꝙ intelligat̄ de ordine durationis.¶ P̄.Basili
us dicit in principio exameron.Erat quedam natura añ
hunc mūduz intellectui nostro contemplabilis:qd post
modū exponit de angelis.ergo videtur ꝙ ante hunc mū
4m dum angeli sint creati.¶ P̄.ea que cum mundo visibili
facta sunt:scriptura in principio geñ.ꝓsequitur.Sed de an
gelis nullam facit mentionē.g̊ vr̄ ꝙ angeli non fuerunt
5m creati cū mundo:sed ante mundū.¶ Preterea.illud qd
ordinatur ad perfectionem alicuius sicut ad finem.ē eo
posterius.Sed mundus visibilis ordinatur ad ꝑfectio
nez intellectualis nature:qꝛ vt Ambro.dicit.deus qui na
tura inuisibilis est:opus visibile fecit per qd cognosci pos
set. Et non nisi a rationali creatura.ergo rōnalis creatu
6m ra facta est ante mūdum visibilem.¶ P̄.quicquid ē añ
tempus:est ante mundū visibilē:qꝛ tempus cum mundo
visibili incepit.Sed angeli creati sunt ante tempus.Nō
enim fuit tempus ante diem.Angeli aūt creati sunt ante
diem:vt Augustinus in primo super geñ.ad lraz.ergo an
7m geli creati sunt ante mūdū visibilē.¶ Preterea.Hyero.
dicit super epistolam ad tituz.Sex milia nec dum nostri
temporis implētur ānoꝝ:ꝛ quātas ꝑus eternitates:quā
ta tempora fuisse arbitrandum est:in quibus angeli deo
seruierunt:ꝛ eo iubente subsliterūt.Sed mundus visibi
lis cum nostro tempore incepit.ergo angeli ante mundū
8m visibilem fuerūt.¶ Preterea.sapientis est ordinate suū
effectum ꝓducere.Sed angeli ꝑcedant nobilitatē crea
turarum visibiliū.ergo a sapientissimo artifice deo ꝑmo
9m debuerant ꝓduci in esse.¶ Preterea.deus inquātuz bo
nus est sue bonitatis alios ꝑticipes facit. Sed huius di
gnitatis capaces erant angeli:ꝙ creaturam visibilez du
ratione precederent.ergo videtur hoc eis per summā dei
10m bonitatem collatum.¶ P̄.homo dicit̄ minor mūdus:qꝛ
maioris mundi similitudinem gerit.Sed in homine pars
eius nobilior ante alias partes format̄.s.cor.vt phs dicit.
ergo videt̄ ꝙ angeli qui sunt nobilior pars maioris mū
11m di:ante visibiles creaturas sint cōditi. ¶ P̄.vt Aug.dic̄
in 2° li° super geñ.ad lit.in opere secūde diei:ꝛ deinceps
tripliciter scriptura reꝝ factionē cōmemorat.Dicit eniz
ꝑmo.dixit deus fi.fir.Scdo:ꝛ factuz est ita.Tertio vero:
fecit deus fir.quorum primum refertur ad esse rerum in
verbo.Scdm ad esse rerum in cognitione angelica:put
angeli accipiunt cognitionem creature fiende.Tertium
vero ad esse creature in ꝓpria natura.Sed qn̄ creatura
visibilis erat fienda nondum erat.ergo angeli fuerunt ꝛ
habuerūt cognitionē nature visibilis anteq̄3 esset.¶ Sz
dice.ꝙ hic intelligitur de factione creature quātum ad
eius formationē:nō quātum ad primā creationē.¶ Sz 12m
cōtra.ſm opinionez Aug.creatio nature visibilis nō pre
cedit tempore eiusdem formationem Si ergo angelus
fuit ante formationem creature visibilis: fuit ꝛ ante
eius creationē.¶ Preterea.dicere dei est causa creature 13m
fiende.qd nō videtur posse itelligi de eterna verbi geni
tura:quia illa ab eterno fuit:nec per vices temporꝝ repe
titur:cū tn̄ in singulis diebus scriptura repetat deū aliqd
dixisse.Nec etiā pōt intelligi de locutione corporali:tuz
quia nondum erat homo qui vocem dei loquentis audi
ret:tum etiam quia oportuisset ante lucis formationem
aliqd aliud corporeum formatum fuisse:cum vox corpo
ralis nō fiat nisi per alicui⁹ corporis formationē.ergo vr̄
ꝙ intelligatur de spirituali locutione qua deus ad ange
los loquitur.Et sic videtur ꝙ angeloruz cognitio presup
ponatur vt cā ad creaturaꝝ visibiliū ꝓductionē.¶ P̄. 14m
vt supra dictū est:sacra scriptura tripliciter actionē rerū
cōmemorat.quoꝝ ꝑmū pertinet ad esse rerum in verbo.
2m ad esse rerum in cognitione angelica.Tertium in pro
pria nā.Sed primū hoꝝ precedit 2m ꝛ duratione et cā.
ergo ꝛ similr 2m precedit tertium duratione ꝛ cā.s.cogni
tio angelica existentiam visibilis creature.¶ P̄.nō mi 15m
nus requiritur ordo i exitu reꝝ a ꝑncipio:q̄3 in reductio
ne earum in finē.Sed in reducendo res in finem:hec est
lex diuinitatis statuta:vt Dyo.dicit:ꝙ vltima reducant̄
in finem per media.ergo similiter creature corporales q̄
sunt infime:ꝓcedunt a deo per angelicas creaturas que
sunt medie.Et sic angeli corporales creaturas precedūt
sicut causa effectum. ¶ Preterea.eis que sunt oino di 16m
sperata non competit associatio.Sz angeli ꝛ creature vi
sibiles sunt oino disperata.ergo non sunt associati in crea
tione vt simul fierent.Inordinatū ēt esset ꝙ angeli post
creaturas visibiles fierent.ergo ante creaturas visibiles
sunt cōditi.¶ Preterea.Ecc.i.dicitur.ꝑmo omniū crea 17m
ta est sapientia:qd non potest intelligi de filio dei qui est
patris sapientia:cum ipse nō sit creatus sed genitus.ergo
sapiētia angelica que esse creata ē ante omnia alia facta.
¶ Preterea.Hil.dicit in li.de tri.Quid mirum si dnm 18o
nostrum iesum christum ante secula fuisse confiteamur:
cum etiam deus angelos fecerit ante mūdum.Sed dei
filius non solum ordine dignitatis:sed etiam durationis
omnia secula precessit.ergo ꝛ angeli mundum visibilez.
¶ Preterea.creatura angelica media est inter naturam 19m
diuinam ꝛ corpoream:cuum etiam qd est angeli mensu
ra medium est inter eternitatem ꝛ tempus. Sed deus
sua eternitate fuit ante angelos ꝛ visibilem creaturam.
ergo ꝛ angeli suo euo fuerūt ante mundum visibilem.
¶ Preterea.Augu.dicit ii° de ci.dei.ꝙ angeli semꝑ fue 20o
runt.Sed non potest dici ꝙ creatura corporalis semper
fuerit:ergo angeli fuerunt ante corporeā creaturā.¶ P̄. 21m
motus creature corporee peraguntur per ministeriuz spi
ritualis creature:vt patet per Aug.in 3° de tri.ꝛ per Greg.
in.4.dialogorum.Sed motor precedit mobile.ergo an
geli fuerūt ante visibiles creaturas. ¶ Preterea. Dyo 22m
nisius assimilat actionem diuinaz in res:actioni ignis in
corpora que ab igne patiuntur. Sed ignis prius agit in
corpora propinqua q̄3 in remota.ergo ꝛ diuina bonitas

primo produxit creaturas angelicas sibi propinquas:q̃
creaturas corporeas magis ab eo distantes.7 sic angeli
ante mundum fuerunt.
3p. **Sed contra** est qd̃ dicitur in principio Geñ. In
principio creauit deus celũ 7 terrã:
vbi glo. Aug. dicit q per celũ intelligit̃ natura angelica:
per terrã vero natura corporalis.ergo angeli simul cũ na
2. tura corporali fuerũt facti. ¶ P̃.glosa Strabi ibidẽ di
cit q per celũ ibi itelligitur celũ empyreũ:qd̃ mox factũ:
sanctis angelis est repletũ.ergo angeli simul fuerũt facti
3. cum celo empyreo:qd̃ est visibilis creatura. ¶ P̃.homo
minor mũdus dicitur:q2 habet similitudinẽ maioris mũ
di. Sed in hoie simul fit corpus 7 anima.ergo 7 in mũdo
maiori simul fit angelica 7 corporalis creatura.
Rño **Respondeo.** dõm q in hoc oẽs catholici docto
res ɔsenserũt:q angeli non semper
fuerũt:vtpote de nihilo in esse ꝑducti. Quidã tamen po
suerũt angelos nõ simul cũ mũdo visibili:sed ante mũdũ
visibilẽ incepisse. Ad hoc aũt ponendũ diuersis rõnibus
sunt moti. Quidã nãq3 estimauerũt creaturas corporeas
nõ esse ꝑductas ex pma dei itentione: sed occasionẽ eas
ꝑducẽdi ex merito vl' demerito spiritualis creature deũ
Opinio habuisse dixerũt. Posuit.n. Orige.a pncipio simul crea
Orige. tas esse oẽs creaturas imãles 7 rõnales:7 eas fuisse equa
les:diuina iustitia hoc exigẽte. Nõ.n.videt̃ q iequalitas
possit esse in datis:iustitia seruata: nisi ꝑpter meriti vel
demeriti diuersitatẽ. Unde diuersitatẽ creaturaꝝ quas
videmus pcessisse:posuit meriti 7 demeriti diuersitatez.
Ut sm q spiritualiũ creaturaꝝ quedã magis deo adhe
serũt:in altiores ordines angeloꝝ sint ꝑmote:q̃ vero ma
gis peccauerunt grossioribus 7 ignobilioribus corpori
bus sint alligate.q̃si ipsa meritoꝝ diuersitas exegerit di
reprob' uersos gradus corporuz a deo produci. Hãc aũt positio
nem Aug. reprobat in xi. de ci. dei. Causam enim creatu
rarum condendaꝝ cõstat nihil aliud esse q̃ dei bonitatẽ:
tam spiritualium q̃ corporalium:inq̃tum creature sue
sua bonitate create:bonitatem increatam sm suum mo
dum representant.propter qd̃ in principio geñ. scriptura
dicit de singulis dei operibus: et postmodum de omni
bus simul. vidit deus cun. que fe.7 erant valde bona:q̃si
diceret:q ad hoc deus creaturas cõdidit:q bonitatẽ ha
berent. Scdm aũt opinionem predictam non ad hoc cõ
dite fuissent creature corporales:quia bonũ esset eas eẽ:
sed vt malitia spiritualis creature puniretur. Sequeret̃
etiam q ordo vniuersi quem nunc videmus a casu exi
steret:inquãtuz accidit q diuerse rationales creature di
uersimode peccauerunt. Si.n. omnes peccassent equalr:
nulla diuersitas naturarum in corporibus esset sm eos.
2ª opio Unde hac positione remota:alij ex consideratione natu
re spiritualiuz substantiarum:que est dignior oi natura
corporali:posuerunt spirituales substantias ante corpora
les conditas esse. Ut sicut natura spiritualis creata:me
dia est ordine nature inter deũ 7 creaturam corporalez:
ita etiã sit media duratione. Hec autem opinio cum fue
rit magnorum doctoꝝ.s. Basi. G. Nazanzeni:7 quorũdã
aliorũ:non est tanq̃ erronea reprobanda. Sed si diligẽ
3ª opio ter consideretur. Alia opinio que est Augu.7 aliorũ do
ctorum:que etiam modo cõmuniter tenetur:rationabili
or inuenitur. Angeli.n. non solum sunt considerandi ab
solute:sed etiam inquãtum sunt pars vniuersi. Et hec cõ
sideratio eorum intantũ est magis attendenda:inquãtũ
bonum vniuersi p̃eminet bono cuiuslibet creature parti
cularis:sicut bonum totius p̃eminet bono partis. Secũ
dum autem q considerantur angeli vt partes vniuersi:
competit eis q simul cum creatura corporali sint con
diti. Unius.n. totius vna videt̃ esse productio. ¶ Si ãt
seorsum essent angeli creati:viderẽtur omnino alieni ab
ordine creature corporalis q̃si aliud vniuersuz per se con
stituentes. Unde dicendũ est q angeli simul cuz creatu
ra corporali sunt cõditi:tñ sine alteri' opiniõis ꝑiudicio.
Et per hoc ps rñsio ad tria pma:q2 ꝑcedũt sm Ad pª
mediã opinionem. ¶ Ad 4m dõz:q tria arª
sicut basilius dicit in pmo exam. Moyses legislator in 4m
pncipio geñ. exordium visibilis creature incepit expone
re:p̃termissa creatura spirituali que ante fuerat condita.
De qua mẽtionẽ nõ fecit:q2 rudi populo loquebatur:qui
ad spiritualia capienda idoneus nõ erat. Secundũ Aug.
võ creaturam spũalem per celum intelligit:sicut per ter
ram creaturam corporalem:cũ dicit. In pncipio creauit
deus celũ 7 terrã. Quare aũt sub metaphora celi 7 nõ ex
presse creationem angeloꝝ tradidit:potest eadẽ ratio as
signari que 7 supra.s. ex populi ruditate:7 iteꝝ ad vitan
dã idolatriã in quã ꝑni erãt. Ad quã daretur eis occasio
si plures substantie spũales ponerent̃ preter vnum deuz.
que essent celo nobiliores:7 pcipue cum hõ substantie a
gentilibus dij dicerent̃. Scdm vero strabũ 7 alios prio
res per celuz qd̃ in auctoritate inducta ponitur:intelligi
tur celũ empyreuz qd̃ est habitaculũ scõꝝ angeloꝝ. vñ et
in eius creatione intelligitur etiam creatio angeloꝝ me
thono':sicut qñ ponit̃ cõtinens ꝑ contento. ¶ Ad 5m di 5m
cendum:q sicut dicit Aug. 4. super geñ. ad lrãm. Angeli
nõ cognoscunt deum ex visibilib' creaturis. vñ creature
visibiles nõ sunt facte vt deũ oñderent angelis:s3 rõnali
creature que est homo. vñ ex hoc ꝑbat̃ hõ esse finis crea
turarũ. Finis aũt l3 sit primus in intentiõe:est tñ vltim'
in operatione. vnde 7 homo vltimo factus fuit. ¶ Ad 6m 6m
dõz q s3 Augusti. creatio celi 7 tere nõ precessit duratio
ne lucis formationem:seu ꝑductionẽ. Et iõ non itelligit
q creatio spũalis nãe fuerit ante pmũ diem duratione:
sed quodam nature ordine:q2 substantia spũalis 7 mate
ria informis sm suã eẽntiam cõsiderata:alternatiõibus
tpuz nõ subiacẽt. vñ per hoc etiã haberi nõ põt q creatu
ra spũalis sit facta añ corporalẽ:q2 etiaz ante lucis factio
nẽ agit̃ de creatiõe creature corporalis q̃ p terrã itelligi
tur. Scdz vero alios:creatio celi 7 terre ad pmũ diẽ per
tinet:q2 cũ celo 7 terra creatũ est tps. l3 distõ tpum q̃tuz
ad diẽ 7 noctem incepit per lucem. vñ tps ponit̃ vnũ de
quatuor pmo creatis:que sunt:nã angelica:celum empy
reum:mã iformis:7 tps. ¶ Ad 7m dõm:q Hyero. loquit̃ 7m
sm opinionẽ antiquoꝝ doctoꝝ. ¶ Ad 8m dõm:q rõ illa 8m
ꝑcederet:si vnaqueq3 creatura ꝑduceret̃ vt existẽs per
se absolute. Sic.n. cõueniens esset vt vnaqueq3 sepatim
crearet̃ sm gradũ sue bonitatis. Sed q2 oẽs creature ꝑ
ducunt̃ vt ptes vni' vniuersi:cõueniens ẽ vt oẽs sil' ꝑdu
cant̃ ad vnũ vniuersuz cõstituendũ. ¶ Ad 9m dõz. q l3 9m
ad aliquã dignitatẽ creature spũalis ptineret si ãte crea
turaz visibilẽ esset creata:nõ tñ cõpeteret dignitati 7 vni
tati vniuersi. ¶ Ad 10m dõm:q l3 cor ante alia membra 10m
formetur:tñ totius corporis aialis est vna cõtinua gnõ:
nõ q seorsuz vna gnõne formet̃ cor:7 postmodũ successi
ue alije gnõnibus alia mẽbra aliqbus tpibus interiectis.
Hoc aũt nõ põt dici in creatione angeloꝝ 7 corporalium
creaturaꝝ:q vna ꝑductiõe sint condita.s. spũalis creatu
ra añ corporalez q̃si cõtinue vniuersuz sit ꝑductuz. ꝑdu
cere enim successiue in ꝑducẽdo est in his q̃ ex mã pro
ducunt̃:in qua ẽ vna pars vicinior cõplemẽto q̃ alia. vñ
in pma reꝝ creatione successio locuz nõ hz:7 si in forma
tione reꝝ ex mã creata possit locũ hr̃e. vñ 7 doctores qui
posuerunt angelos ante mũdũ creatos posuerũt oino di
stinctã creationẽ angeloꝝ 7 corpoꝝ:7 multã durationẽ

mediam interuenisse. Et pterea cor necesse est in anima-
li prius formari: qr virtus cordis operatur ad formatio-
nem alioꝝ membroꝝ. Creatura aũt spiritualis non ope-
ratur ad creationẽ corporaliũ creaturarũ: cum solius dei
sit creare. vñ ꝛ cõmẽtator in xi. metaphisice iponit plato-
ni ꝙ dixerit ꝙ deus pmo creauit angelos: ꝛ postea cõmi-
11m sit eis creationẽ corporaliũ creaturaꝝ. ¶ Ad 11m dõm. ꝙ
Aug. loquitur de factione creaturaꝝ corporaliũ. nõ ꝗtũ
12m ad primã creationẽ: sed quãtũ ad formationẽ. ¶ Ad 12m
dõm ꝙ sustinendo ꝙ omnia sint simul creata in forma ꝛ
materia: creatura spiritualis dicit̃ habuisse cognitionẽ
creature corporalis fiende: nõ qr eius formatio esset tpe
futura: sed qr cognoscebat̃ vt futura: put considerabat̃ i
sua causa: in qua erat vt ex ea posset pcedere: sicut qui co
gnoscit archam in pncipijs ex quibus fit: potest dici eam
13m cognoscere vt fiendam. ¶ Ad 13m dicẽdum: ꝙ dicere dei
intelligitur de eterna vbi dei generatiõe: in quo ab eter-
no fuit ratio omniũ creaturaꝝ condendaꝝ. Nec tñ ideo
frequenter repetit̃ in singulis operibus: dixit deus: quasi
tpaliter dixerit: sed qr lꝫ verbũ in se sit vnũ: tñ in eo ẽ pro-
pria ratio singulaꝝ creaturaꝝ. Sic ergo singulis operib⁹
pmittit̃ dei verbũ: sicut ppria rõ operis fiendi: ne facto
opere necesse sit querere q̃re tale opus sit factũ: cuꝫ ante
operis conditionẽ sit dictũ: dixit deus. Sicut cũ aliqs vo-
lens assignare alic⁹ rei cãm: incipit a cãe cognitõe. ¶ Ad
14m 14m dõm: ꝙ eẽ rerũ in verbo est cã esse rerũ in ppria nã.
Sed esse rerũ in cognitione angelica: non est cã esse rerũ
15m in ppria nã. ꝛ ideo nõ est simile. ¶ Ad 15m dõm: ꝙ res in
finẽ ordinat̃ p suã opõnẽ. Nõ aũt pducitur in esse p suaꝫ
opationẽ. sed solũ per opationẽ cause agentis. Unñ magis
est conueniens ꝙ creature superiores cooperẽtur deo in
reducẽdo creaturas inferiores i finẽ: q̃ꝫ in eaꝝ pductio-
16m nẽ. ¶ Ad 16m dõm: ꝙ lꝫ creature corporales ꝛ spũales di-
sperate sm proprias nãs: tñ sunt cõnexe sm ordinẽ vni-
17m uersi: ꝛ ideo oportuit ꝙ simul crearentur. ¶ Ad 17m dõꝫ:
ꝙ illa auctoritas eccli. sꝫ Aug. intelligitur de sapiã crea-
ta que est in nã angelica: que tñ sm ipsuꝫ non pus creata
est tpe: sed dignitate. Secũdũ vero Hyl. in li. de sinodis
itelligit̃ de sapientia icreata: que est filius dei: que qdem
simul dr̃ ꝛ creata ꝛ genita. vt pꝫ puer. 8°. ꝛ in diuersis scri-
pture locis: vt ois iperfectio a natiuitate filij dei excluda-
tur. In creatione. n. attenditur iperfectio ex parte creati
inquãtũ de nihilo in esse educitur: sed perfectio ex parte
creantis qui absqꝫ sui imutatiõe creaturas producit. In
natiuitate vo ei⁹ ecõ: qr iportat̃ pfectio ex pte nati inquã-
tum accipit nãꝫ generantis: sꝫ iperfectio ex pte generan-
tis sm modũ iferioris gñõnis: inquãtũ generat cum sui
imutatione: vel diuisione sue substantie. Et iõ simul fili⁹
dei ꝛ creatus ꝛ genitus dicitur: vt per creationẽ exclud a-
tur generantis mutatio: ꝛ ex natiuitate geniti iperfectio:
18m ꝛ ex vtroqꝫ vnus intellectus constituat̃ pfect⁹. ¶ Ad 18m
dõm: ꝙ Hyl. loquitur sm opinionẽ antiquoꝝ doctoruꝫ.
19m ¶ Ad 19m dõm: ꝙ deus est cã nãe angelice: nõ aũt nã an-
20m gelica cã est nãe corporalis. ꝛ ideo nõ ẽ simile. ¶ Ad 20m
dõꝫ: ꝙ angeli dicuntur sp fuisse: non qr ab eterno fuerũt:
sed qr oi tpe fuerũt: qr qñcũqꝫ fuit tps: fuerunt angeli. Et
per hũc etiã modũ creature corporales sp fuerũt. ¶ Ad
21m 21m dõm ꝙ motor nõ de necessitate pcedit tpe mobile: sꝫ
22m dignitate: sicut pꝫ in aĩa ꝛ corpore. ¶ Ad 22m dõm: ꝙ in
actione ignis in corpora: duplex ordo ẽ considerandus. s.
situs ꝛ tpis. Ordo situs est in omni actione eius: eo ꝙ ois
actio eius est situalis. ꝛ in corpora sibi magis ppinq̃ ple-
nius suam actionẽ exercet. Unde vlterius pcedẽdo itm
debilitatur eius effect⁹: ꝙ tandẽ totalr deficit. Ordo aũt
tpis non attenditur in omni eius actione: sed solũ in illa
q̃ agit p motũ. Unde cũ ignis illuminet ꝛ calefaciat cor-
pora: i calefactiõe seruat̃ ordo sit⁹ ꝛ tpis: sꝫ in illumiatiõe
que nõ est motus sed termin⁹ motus: attendit̃ tantũ or-
do situs. Quia ergo actio dei quãtũ ad creationẽ ẽ absqꝫ
motu: non attenditur silitudo quãtũ ad ordinẽ tpis: sed
solum quãtũ ad ordinẽ situs. Idẽ enim est in actione spi-
rituali diuersus gradus nature: qd in actiõe corporali di-
uersus sit⁹. Quãtũ ergo ad hoc attendit̃ silitudo Diony-
sij: ꝙ sicut ignis in corpora sibi vicina plenius suã vtutẽ
effundit: ita deus rebus sibi propinquioribus gradu di-
gnitatis: copiosius suã bonitatẽ distribuit.

¶ Utrũ potuerit eẽ angeli ante mũdũ visibilem.

Decimonono queritur vtruꝫ potue-
rint esse angeli ante
mũdũ visibilẽ. ¶ Et vr̃ ꝙ nõ. Quecũqꝫ. n. ita 1m
se hñt ꝙ duo ex ipsis non pñt esse in vno loco
distincto: requirũt loci diuersitatẽ. Sed duo
angeli non pñt eẽ in eodẽ loco: vt cõiter dr̃. ergo nõ põt
intelligi ꝙ essent duo angeli distincti: nisi sint duo loca di-
stincta. Sed añ creaturã visibilẽ nõ fuit locus: cũ locus
sꝫ phꝫ 4°. physicoꝝ nõ sit nisi vltimũ corpis ꝯtinentis.
ergo ante mũdũ visibilẽ angeli eẽ nõ potuerũt. ¶ P̃. p- 2m
ductio creature corporalis: angelis nihil de coꝝ vtute na-
turali ademit. Si ergo non facto mundo visibili absqꝫ
loco esse possent: qd vr̃ esse falsuꝫ. Quia si nõ essent in lo-
co: nusq̃ꝫ eẽnt. ꝛ sic viderent̃ non esse. ¶ P̃. Boe. dicit ꝙ 3m
omnis spũs creat⁹ corpore indiget. Sed angelus ẽ spũs
creatus. ergo indiget corpore: ꝛ ita añ creaturã corporalẽ
esse nõ potuit. ¶ Sed diceret̃ ꝙ idiget corpore nõ ꝗtũ
ad eẽ. sed quãtũ ad ministeriũ. ¶ Sed cõtra. ministeriũ 4m
angeloꝝ exercet̃ vbi nos sum⁹: sciꝫ in hoc mũdo. Sꝫ an-
geli hñt locũ corporalẽ ẽt extra habitationẽ nr̃aꝫ: sciꝫ ce-
lum empyreũ. g̃ non solũ indigent corpore in loco corpo-
rali ppter ministeriuꝫ nostrũ. ¶ P̃. ipoe est imaginari 5m
pus ꝛ posterius sine tpe. Sꝫ si angeli fuissent añ mũdum
prius fuisset pn̄m quo angeli esse ceperũt: q̃ꝫ pn̄m quo mũ-
dus visibilis esse cepit. g̃ tps icepisset ãte mũdũ visibilẽ:
qd ẽ ipoe: cũ tps sequat̃ ad motum. ꝛ mot⁹ ad mobile. g̃
ipoe est ꝙ angeli fuerint ante mundum.

Sed cõtra. Illud qd in creaturis ꝯdictionẽ non 3p
iplicat est deo poe. Sed angelos esse
creatura visibili nõ existe: nullã ꝯdictionẽ iplicat. g̃ non
fuit deo ipoe pducere angelos ante mundũ.

Respondeo. dõm ꝙ sicut Boetius dicit in li. de R.
tri. ꝙ in deis nõ opꝫ ad imaginatio-
nẽ deduci: ꝛ silr nec in corporalib⁹ oibus: qr cuꝫ imagina-
tio sit sequela sensus: vt per phm patet in libro de anima:
imaginatio nõ potest extẽdi vltra q̃titatẽ: que est quali-
tatũ sensibiliũ subiectũ. Hoc aũt quidã non attendẽtes:
nec imaginationẽ trãscendere valẽtes: non potuerũt ali-
quid itelligere nisi per modũ rei situalis. Et propter hoc
quidã antiq dixerũt ꝙ illud qd non est in loco: nõ est: vt
in. 4. phy. dicitur. Et ex simili errore quidã moderni di-
xerũt ꝙ angeli absqꝫ creatura corporali esse nõ possunt:
itelligẽtes angelos tanq̃ꝫ ea que imaginauerũt situaliter
distincta: qd quidẽ preiudicat sentẽtie antiquoꝝ: qui an-
gelos ante mundũ fuisse posuerũt: preiudicat etiã digni-
tati angelice nature: que cũ naturaliter sit prior q̃ꝫ crea-
tura corporalis: nullo mõ a creatura corporali dependet.
Et iõ simplr dicim⁹ ꝙ angeli eẽ potuerũt ante mũdũ.

Ad primum ergo dicendũ ꝙ duos angelos esse Ad pm
in vno loco idiuisibili nõ impedit
eoꝝ distinctio: sed operationũ ꝯfusio. vñ ratio nõ sequtur
¶ Ad 2m dõꝫ. ꝙ ẽt nũc nihil prohibet angelos nõ esse in
loco si voluerint: ꝛ si etiã semper sint in loco ppter ordi- 2m

nē quo creatura spūalis presidet corporali ſm Aug.3.de
3m tri.¶ Ad 3m dōm. q sicut ipse Boe.exponit:angeli indi-
gent corpore solū q̃tū ad ministeriū:nō q̃tum ad nature
4m cōplementū.¶ Ad 4m dōm q angeli sunt in celo empy-
reo:vt in loco qui est ɔtēplationi ɔgruus:nō tamē de ne-
5m cessitate ɔtēplationis.¶ Ad 5m dōz.q illa prioritas ⁊ po
sterioritas non cogit nos ponere ante mundum tempus
reale:sed solum tempus imaginarium:vt in questione de
eternitate vel creatione mundi dictum est.

De creatione materie ĩformis.

⁊ hʒ duos articulos.Primo.n.q̃rit vtꝝ creatio mãe ĩformis p̃cesserit duratiōe creationeʒ reꝝ. 2o. vtrū mãe formatio tota sil' fuerit an successiua. Q̃ō. IIII.



Questio est vtrum creatio materie in-
formis p̃cesserit duratōe crea
tionē rerum.¶ Et videtur q non.quia sic
pm dicit Aug.pmo super genesim ad litteram:
mã ĩformis p̃cedit formata ex ea:sicut vox
cantum.Sed vox nō precedit cantū dura-
tione.sed solum nã.ergo mã informis non
precedit res formatas duratione:sed solū natura. ¶ Sʒ
diceref q Aug.loquitur de mã respectu formationis:q̃ ē
per formas el'orum:que quidē forme statim a pncipio in
2m mã fuerūt.¶ Sed contra.sicut aqua ⁊ terra sunt elemē-
ta:ita etiam ignis ⁊ aer.Sed scriptura tradens informi-
tatem materie facit mentionem de terra ⁊ aqua.ergo si
materia a principio habuisset formas elementares : pari
3m ratione fecisset mentionem de aere ⁊ igne. ¶ Preterea.
forma substantialis cū materia sunt causa accidentaliuʒ
qualitatū:vt pʒ per phʒ in pmo phys.Sʒ qualitates acti-
ue ⁊ passiue sunt ꝓprietates ꝓprie accidentales elemen-
torū.Si ergo forme substātiales fuerūt a pn° in mã:fue-
runt ibi ex consequenti qualitates actiue ⁊ passiue.Et ita
nulla restabat informitas:vt videf.¶ Sed diceretur q
erat informitas siue cōfusio quātū ad el'oꝝ situm.¶ Sʒ
4m contra.ſʒ phm.4.°ce.⁊ mun.quātū vnūqδq; elementoꝝ
habet de specie tātum hʒ de vbi:elementa enim sunt in
ꝓprijs locis ex virtute forme.Si ergo mã a pn° habebat
formas substantiales:tunc ex ɔn̄ti vnūqδq; elementorū
suum situm habebat:⁊ ita nulla cōfusio in elementis re-
5m stabat:ſm quā mã posset dici informis.¶ P̃.si pro tāto
mã informis dicitur:q elementa nondū ꝓpriuʒ ⁊ nālez
situm habebant:ex consequenti videf q ſm hoc eius for
matio intelligitur:q elementis nālis situs attribuif.Sʒ
hoc non videtur in rerū distinctione. Nam aque alique
supra celos ponuntur:cum tñ naturalis situs aquarū sit
sub aere supra terram imediate:vt pʒ.4.°ce.⁊ mun.ergo
non intelligitur materie informitas ꝓpter confusionem
situs predictā.¶ Sed dice.q aque dicunf esse supra ce-
los:inquātū vaporabiliter eleuantur vt sint supra celos.
6m ¶ Sed contra.aque vaporabiles nō pñt supra totū aerē
eleuari:vt a philosophis ꝓbaf:imo solum vsq; ad medi-
um aeris intersticiū ascendūt.Multo ergo minꝰ possunt
7m eleuari supra ignē:⁊ vlterius supra celū. ¶ Preterea.in-
formitas materie designatur in hoc qδ dicif.Terra erat
inanis ⁊ vacua.Sed inanitas materie attribuif respectu
virtutis generatiue:⁊ vacuitas respectu ornatus:vt a san
ctis exponitur:qδ consistit in his que in terra mouentur.
ergo informitas materie nō attendif quātū ad situm:vt
sic dici possit q materie informitas duratione formatio-
8m nem precesserit.¶ P̃.qui potest dare aliquid simul:mi-
nus liberaliter agit si dat sucessiue.Unde prouer.3.° Nec
dicas amico tuo va.⁊c.Sed deus simul dare poterat re-
bus esse perfectū.g̃ cū sit liberalissimꝰ non fecit mãm in-
9m formem ante eius formationem. ¶ Preterea.motus a
centro ad centrū:sequitur elementa ſm q habent natu-
rales situs.Sed in ipsa ĩformitate materie apparet q ibi
fuisset motꝰ a centro ad centruʒ:qꝛ aque vaporabiles su-
per terram eleuabanf:vt dicif.ergo elemēta iam habe-
bant suos naturales situs.¶ P̃.rarum ⁊ densum sunt cā 10m
grauis ⁊ leuis:vt pʒ.4.°phys.Sed iam erat rarum ⁊ den
sum in el'is:qꝛ dicitur q aque erāt rariores q̃ modo sint.
ergo erat ⁊ graue ⁊ leue.⁊ elemēta habebant sua vbi:que
eis attribuuntur rōne leuitatis ⁊ grauitatis.¶ Preterea. 11m
in illa rerum informitate manifeste apparet q terra suū
sitū habebat:⁊ datur intelligi q terra erat a q̃s coopta p
hoc qδ dicitur.Congregentur aque in vnū locū ⁊c.g̃ pari
rōne ⁊ alia el'a suū situm habebant:⁊ ita nulla ĩformitas
in materia erat.¶ Preterea.a perfecto agente educitur 12m
perfectꝰ effectꝰ:qꝛ omne agens agit sibi simile. Sed deꝰ
est perfectissimum agens.ergo a pn° materiam ꝑfectam
produxit.⁊ ita formatā:cum forma sit ꝑfectio materie.
¶ Preterea.si materia informis formationeʒ reruʒ du- 13m
ratione p̃cessit:aut materia sic existens carebat omni for
ma:aut habebat aliquā formā.Si omni forma carebat:
tunc erat tñ in potentia:⁊ non in actu:⁊ ita nonduʒ erat
creata:cū creatio terminef ad esse.Si aūt habebat aliq̃
formā:aut illa erat aliqua forma elemētaris:aut forma
mixti.Si forma el'aris:aut habebat tantū vnam formā:
aut diuersas.Si diuersas.g̃ iaʒ erat diuersitas per diuer-
sas el'ares formas.Si vnaʒ tñ:sequitur q aliqua forma
elementi sit naturaliter prius in mã q̃ alie.Et ita vnum
el'm erat pn™ aliorum elementorum:sic antiquissimi na-
turales posuerunt dicentes:vnum tantum elementū eē:
qδ a philosopho ĩprobatur 2° de generatione ⁊ corruptio-
ne.Si aūt habebat formam mixti.ergo forma mixti na-
turaliter est pꝰus in mã q̃ forma elemētorum:qδ pʒ esse
falsum:qꝛ mixtio non fit nisi per hoc q aliquid elemēta
mouet ad formam mixti.ergo non potest esse q materia
fuerit primo informis q̃ formata.¶ Sed dice.q mate-
ria habebat formas elemētoꝝ:sed non ſm illū modum
quo nūc sunt:quia aque erant rariores:⁊ in moduʒ vapo
ris aeri ꝑmixte.¶ Sed ɔ.forma vniuscuiusq; elementi 14m
requirit determinatam mensuram raritatis vel densita
tis:sine qua esse nō potest.Raritas autem per quā aliqd
ascendit in locū aeris excedit conditionem aque:quia na
tura aque est vt sit grauis respectu aeris.ergo si erat tan-
ta subtilitas q aque euaporabiliter ad locuʒ aeris ascen
derent:non habebant speciem aque:⁊ ita non erāt in ma
teria forme elementares:cuius contrarium supra dictuʒ
est.¶ Preterea.per opera sex dierum : formata sunt ex 15m
informi materia diuersa rerū genera.Sed inter alia sex
dierum opera:firmamentum 2.°die est formatum.Si er-
go materia informis subiacebat elementaribus formis:
sequetur q celum sit factum ex quatuor elementis:qδ
a philosopho improbatur pmo ce.⁊ mun.¶ Preterea.si- 16m
cut se habet corpus naturale ad figuram:ita se habet ma
teria ad formam.Sed corpus naturale non potest esse
quin habeat aliquam figuram.ergo nec materia potest
esse quin sit formata.¶ Preterea.si formatio materie a 17m
principio sue creationis non fuit.tunc aquarum congre-
gatio que tertio die legif:non semper fuit.Sed hoc vide
tur impossibile:quia si aque vndiq; operiebant terram:
non erat vbi possent cōgregari.ergo videtur q materia
informis rerum formationeʒ non precesserit.Qꝛ autem
aqua vndiq; operiret terram:apparet ex hoc q elemen-
ta sunt separata:vt ꝓbaf 3.° ce.⁊ mun.¶ Sed diceref q
erat aliqua concauitas infra terram:in quā partes descē-
derunt:⁊ ita terra locum prebuit aquis.¶ Sed contra. 18m
huiusmodi concauitates vel cauernositates in terrā cau

santur ꝓpter aliquas lapidositates:ex quibus superioꝛes
partes terre retinẽtur ne ad centrũ descendãt:qꝺ quidez
tunc esse nõ poterat:quia cum lapides sint coꝛpoꝛa mixta
sequeretur ꝙ coꝛpus mixtũ fuisset ante foꝛmationez ele-
mentoꝝ.ergo huiusmodi cauernositates esse nõ poterãt.
19m ¶ P̃.si cauernositates alique erãt in terra:non poterant
esse vacue.ergo erãt plene aere vel aqua:qꝺ videtur ĩpos-
20m sibile:cum subsidere terre sit ꝯtra naturã vtriusqꝫ.¶ P̃.
aut aqua cooperiens terrã vndiqꝫ naturalẽ sitũ habebat:
aut non.Si naturalẽ situm habebat.ergo ab alia dispoſi
tione non poterat remoueri:nisi per violentiam:qꝛ a loco
in quo coꝛpus quiescit nãlr:non mouetur nisi per violen-
tiam.hoc aũt non cõpetit prime rerũ institutioni.ꝑ quã
natura instituitur:cui violentia repugnat.Si aũt erat il-
le situs aque violentus:per suã nãm redire poterat ad il-
lam dispositionẽ quã non habebat:qꝛ a loco in quo quie-
scit aliquid violenter:mouetur naturalr.Et ita nõ opoꝛ-
tebat poni inter opera foꝛmatiõis:ꝙ aque in vnũ locum
21m ꝯgregarent̃.¶ P̃.Sm hunc oꝛdinẽ res institute sunt quẽ
nãlr habent.Sed nãliter distincta sunt pꝛoꝛa ꝙ̃ cõfusa:si
cut simplex est nãlr pꝛius cõposito.ergo non fuit conueni-
ens rerum institutioni ꝙ res pꝛimo fuerint in quadaz cõ
22m fusione:ꝛ postmodum distinguerentur.¶ P̃.processus
de actu in potentiam non cõpetit reꝝ institutioni:sꝫ ma-
gis coꝛruptioni.Res.n.fiunt per h ꝙ de potẽtia in actũ
reducunt̃.Sed ꝓcedere a mixtis ad elã:est ꝓcedere de
actu in potentiaz:cuz elã sint q̃si materia respectu foꝛme
mixti.ergo non fuit conueniens reꝝ institutioni ꝙ pꝛius
fierent in quadã ꝯfusione ꝛ mixtione:ꝛ postmodũ distin-
23m guerentur.¶ Pꝛeterea.hoc videtur esse consonũ erroꝛi-
bus antiquoꝝ phoꝝ.s.opioni Emp.qui ponebat per litẽ
partes mundi esse adinuicem distinctas:cum pꝛius fue-
rint confuse per amicitiã.ꝛ Anaxagoꝛe qui posuit ꝙ cum
aliquando omnia simul essent:intellectus incepit distin-
guere separando ab illo confuso ꝛ commixto:que quidẽ
opiniones sufficienter a philosophis posterioꝛibus ĩpꝛo-
bantur.ergo non est ponendũ ꝙ ĩfoꝛmitas vel confusio
materie:rerũ foꝛmationem duratione precederet.

3p Sed contra est qꝺ Greg.dicit exponẽs illud ec-
clesiastici.18.Qui viuit in eternuz
creauit omnia simul:dicit ꝙ oĩa sunt simul creata ꝑ sub-
stantiam materie:sed non per speciem foꝛme.Qꝺ esse nõ
posset nisi pꝛius fuisset substantia materie ꝙ̃ species foꝛ-
me inesset.ergo materia infoꝛmis duratione precessit re-
2. rum foꝛmationem.¶ Pꝛeterea.illud qꝺ non est:non po
test habere aliquã operationem.Sed materia infoꝛmis
habet aliquã operationem:appetit.n.foꝛmam:vt dicitur
pꝛimo phys.ergo materia potest esse sine foꝛma.ꝛ ita nõ
ẽ inconueniens si materia infoꝛmis ponat̃ duratiõe reꝝ
3. foꝛmationem precessisse.¶ Pꝛeterea.deus plus potest
operari ꝙ̃ natura.Sed natura facit de ente in potentia
ens actu.ergo deus põt facere de ente simpliciter ens in
potentia:ꝛ ita potuit facere materiam sine foꝛma existen
4. tem.¶ Pꝛeterea.qꝺ scriptura sacra dicit fuisse aliquan-
do:non est dicendũ non fuisse:qꝛ vt Augu.dicit.5.de tri.
cõtra scripturam sacram nemo chꝛistianus sentit.Scri-
ptura autem diuina dicit terram aliquãdo fuisse inanez
ꝛ vacuam.ergo non est dicenduz quin aliquando fuerit
inanis ꝛ vacua.hoc autem pertinet ad infoꝛmitatem ma
terie quocũqꝫ modo exponatur.ergo aliquando substan-
tia materie precessit foꝛmationem:alias nunꝙ̃ infoꝛmis
5. fuisset.¶ Pꝛeterea.simul condita est spiritualis ꝛ coꝛpo
ralis creatura:vt ex superioꝛi questione iã patuit.In spi-
rituali autẽ creatura infoꝛmitas foꝛmationem precessit
etiaz duratione.ergo eadem ratione ꝛ in coꝛpoꝛali.Pꝛo-
batio medie.Foꝛmatio creature spiritualis ĩtelligit̃ sm
ꝙ ad verbum conuertit̃:qꝺ est eius illuminatio.Simul
autẽ facta luce diuisum est inter lucẽ ꝛ tenebꝛas.Per te-
nebꝛas autem in spirituali creatura peccatũ intelligitur.
peccatuz autem esse nõ potuit in pꝛimo instanti creatio-
nis angeloꝛum:qꝛ tunc demones nunꝙ̃ fuissent boni.er-
go spiritualis creatura non fuit foꝛmata in pꝛimo ĩstanti
sue creationis.¶ Pꝛeterea.illud ex quo est aliquid etiã 6.
tempoꝛe precedit qꝺ ẽ ex eo.Sꝫ deus ex inuisa materia:
que est materia infoꝛmis sm Aug.creauit oꝛbem terra-
rum:vt dicitur sap.11.ergo materia ĩfoꝛmis tempoꝛe pre
cessit oꝛbem terraruz foꝛmatũ.Pꝛobatio pꝛime.Sm phꝫ
in pꝛimo physicoꝝ.fieri reruz dupliciter exprimi potest.
vno modo vt dicatur hoc fit hoc per se qꝺ cõuenit subie-
cto:vt cum dicimus:homo fit albus.per accidens aũt vt
ex pꝛiuatione:ꝛ contrario:vt cũ dr̃ non album vel nigruz
fit album.Alio modo vt dicatur ex hoc fit hoc:qꝺ quidẽ
subiecto non competit nisi ratione ꝑuationis.Non.n.di-
cimus ꝙ ex homine fiat albus:sed ꝙ ex non albo vel ni-
gro fit album:vel etiam ex homine nigro vel non albo.
Id igitur ex quo est aliquid vel est pꝛiuatio siue contra-
riuz:vel est materia ꝑuationi vel ꝯtrario subiecta.Utro
qꝫ autez modo opoꝛtet tempoꝛe ꝑcedere.ex quo aliquid
fit:quia opposita nõ possunt eẽ simul:nec materia simul
tempoꝛe potest subesse pꝛiuationi ꝛ foꝛme.ergo id ex q̊
aliquid fit tempoꝛe ꝑcedit id qꝺ fit ex eo.¶ Pꝛeterea. 7.
operatio nature imitat̃ inquãtum potest operationẽ dei:
sicut opatio cause secunde operationẽ cause pꝛime.Sed
nature processus in operando est de iperfecto ad ꝑfectũ.
ergo ꝛ deus etiam pꝛius tempoꝛe iperfectũ ꝓduxit:ꝛ po-
stea ꝑfecit.ꝛ sic infoꝛmis materia foꝛmationez precessit.
¶ Pꝛeterea.Aug.dicit ꝙ vbi scriptura in ꝑncipio terraz 8.
ꝛ aquã commemoꝛat.cũ dicit̃.terra erat inanis ꝛ vacua.
ꝛ.s.do.fe.s.aquas:nõ ideo nominatur terra ꝛ aqua:qꝛ iam
diuine psone:vt ex pcedenti articulo pꝫ. Et pp hoc poni/
mus psonaruʒ numeꝝ in diuinis.

Ad primum ergo dõʒ:ꝙ Boetius p verba illa Ad pm
intẽdit excludere numeꝝ a diuia
essentia. De hoc.n.agit. ¶ Ad 2ᵐ dõm:ꝙ lʒ psone inquã 2m
tum sunt subsistẽtes nõ habeãt qd diminuãt de ratione
numeri:habẽt hoc tñ inquãtuʒ sunt relatiões. Nã distin
ctio fm relationes est minima:sicut ꝛ relatio minimum
hꝫ de ente inter omnia genera. ¶ Ad 3ᵐ dõm:ꝙ vnitas 3m
ꝛ pluralitas attribuũtur deo nõ fm idẽ. Sed vnitas fm
essentiã:pluralitas fm psonam:vel vnitas fm absoluta:
pluralitas fm relatiões. ¶ Ad 4ᵐ dõm:ꝙ cum plurali/ 4m
tas vnitatũ ex aliqua distinctiõe causetur:vbi est distin/
ctio fm eẽ:opꝫ ꝙ vnitates fm eẽ differãt. Ubi aũt est di
stinctio fm relatiões:oʒ ꝙ vnitates ex qbus cõsistit plu
ralitas:solis relatiõibus ab inuicẽ distinguantur. ¶ Ad 5m
5ᵐ dõm:ꝙ qualʒ distinctio sufficit ad pluralitatẽ similẽ
cõstituendam. Unñ sicut in deo nõ est diuisio fm absolu/
ta:que sine cõpositiõe eẽ nõ posset:sed soluʒ distinctio re
lationũ:ita nõ est in deo pluralitas quãtum ad absoluta.
sed solum quantum ad relatiões:vt iam dictũ est. ¶ Ad 6m
6ᵐ dõm:ꝙ vnitates semper sunt partes numeri si loqua
mur de numero absoluto quo numeramꝰ. Si aũt loqua/
mur de numero q est in rebus:tunc nõ est ratio totius ꝛ
partis in numero:nisi sicut inueniꝛ totũ ꝛ pars in rebus
numeratis. Diuerse aũt relatiões in diuinis:nõ sunt par/
tes. Sicut paternitas ꝛ filiatio nõ sunt ptes sortis:ꝗuis
sit pater ꝛ filius diuersoꝝ. Unñ nec vnitates relationum
cõparãtur ad numeꝝ relationũ:vt partes. ¶ Ad 7ᵐ dõʒ 7m
ꝙ creatura differt a deo in hoc ꝙ pducitur in numero
essentialiũ principioꝝ. Talis aũt nõ est numerus perso/
narum. ¶ Ad 8ᵐ dõm:ꝙ numerus q est spẽs quãtitatis 8m
cãtur ex diuisiõe cõtinui. Unñ sicut quãtitas cõtinua est
quid mathematicum:qꝛ est separata a materia sensibili
fm rationem:ꝛ nõ fm esse:ita ꝛ numerus q est spẽs quan
titatis:q est etiam subiectum arithmetrice:cuius pnm est

vnū qđ est pͥma mēsura quantitatis Unͦ p3 ꝙ hic nume-
rus nō pōt eē in rebus īmaterialibus. S3 est in eis mul-
titudo: que opponiť vni qđ ↄuertiť cu3 ente. Que q̄dem
cāutur ex diuisione formali: q̄ est ꝑ quasda3 formas oppo-
sitas vel absolutas: vel relatiuas. Et talis numerus est ī
9m diuinis. ℭ Ad 9m dōm: ꝙ ille passiones ↄsequūtur nume
rum q̄ est spēs q̄titatis: q̄ nō cōpetit in diuinis: vt dictu3
10m est. ℭ Ad 10m dōm: ꝙ deus est infinitus ſm ꝑfectionem
magnitudinis ꝛ sapie ꝛ h̄ꝯ. Unͦ in ps. dr̄: ꝙ sapīe eius nō
est numerus. Sed ꝓcessio in diuinis ſm quā multiplicā
tur ꝑsone diuine: nō est in infinitū. Nō. n. est īmoderata
diuina generatio: vt Augꝰ dicit in li. de trini. Et ideo nec
11m ꝑsonaꝝ numerus est infinitus. ℭ Ad 11m dōm: ꝙ deus
dr̄ eē finitus sibi: nō q2 cognoscat se esse infinitū. Sed q2
ita cōparať ad se: sicut ad nos cōparanť finita: inquantū
12m cōprehendit seipsum. ℭ Ad 12m dōȝ: ꝙ illa diffinitio da-
tur de numero ſm ꝙ est in genere q̄titatis: ad qđ ꝑtinet
13m ratio mēsure. ℭ Ad 13m dōm: ꝙ in rebus creatis ꝑncipia
īdiuiduātia duo habēt: quoꝝ vnū est ꝙ sunt pͥnm subsi-
stendi. Natura. n. cōis de se nō subsistit: nisi in singulari-
bus. Aliud est ꝙ ꝑ principia īdiuiduātia: supposita natu
re cōis abinuicē distinguūť. In diuis aūt ꝓprietates ꝑso
nales h̄ solū habēt: ꝙ supposita diuine nature ab inuicē
distinguūť: nō aūt sunt pͥnm subsistēdi diuine essentie. Ip
sa. n. diuina essentia est ſm se subsistēs. Sed eꝯ ꝓprieta
tes ꝑsonales habēt ꝙ subsistāt ab eēntia. Ex eo. n. pater-
nitas h3 ꝙ sit res subsistens: q2 essentia diuia cui est ide3
ſm rem: est res subsistēs. vt inde sequať ꝙ sicut essentia
diuina est deus: ita paternitas est pr̄. Et ex hoc est etiam
ꝙ eēntia diuina nō multiplicať ſm numeꝝ ex pluralita
te suoꝝ suppositoꝝ: sicut accidit in istis inferioribꝰ. Na3
ex eo aliquid ſm numeꝝ multiplicať: ex quo subsistētiā
h3. Licet ḡ diuia eēntia ſ3 seipsa3 (vt ita dicā) īdiuidua
tur quantū ad h̄ qđ est ꝑ se subsistere: tn̄ ipsa vna existen
te ſm numeꝝ: sunt in diuinis plura supposita ab inuice3
14m distincta ꝑ relatiōes subsistētes. ℭ Ad 14m dōm: ꝙ si pr̄
ꝛ filius ꝛ spūs scūs nō re s3 solū rōne differunt: nihil ꝓhi
bet vnū de altero ꝑdicari: sicut vestis ꝛ tunica de se inui-
cem ꝑdicanť: ꝛ similiter pater eēt filius: ꝛ eꝯ: qđ est here
sis Sabellianē. Unͦ dōȝ est ꝙ pr̄ ꝛ filius: ꝛ. s. scūs sunt tres
res: vt Augꝰ dicī i li. de doctrina xp̄iana: si res pro re relati
ua accipiať. Si. n. sumať pro absoluto: sic sunt vna res:
vt idē Augꝰ dicit. Et hoc mō sumendū est qđ Dam. dicit
ꝙ sunt vnū re. Qđ aūt dicit ꝙ rōne tn̄ distinguūtur: cōi-
ter exponiť. i. relatione. Nā relatio tn̄ ꝑ cōparationē ad
relationē oppositā distinctionē realē faciat in diuinis: tn̄
ab eēntia diuina nō differt nisi rōne: cu3 hec etiā relatio
15m inter omnia genera debiliori mō res est. ℭ Ad 15m dōm:
ꝙ pluralitas reꝝ in diuinis: est pluralitas relationū sub-
sistentiū oppositaꝝ: ex quo nō sequiť cōpositio ī diuinis.
Nā relatio cōparata ad eēntiā diuinā: nō differt re s3 ra-
tione solū. vnde nō facit cōpositionē cū ipsa: sicut nec bo-
nitas: nec aliud essentialiū attributoꝝ. Sed ꝑ cōparatio-
nem ad oppsitā relationē: est pluralitas reꝝ: nō tn̄ cōposi
tio: q2 relatiōes opposite īquātu3 h̄ꝯ ab inuicē distinguū-
tur. Cōpositio vero nō est ex aliquibus distinctis: inquā-
16m tum distincta sunt. ℭ Ad 16m dōȝ: ꝙ attributa eēntialia
nullā adinuicē hn̄t oppositionē: sicut relationes. Et ideo
l3 subsistant sicut relatiōes: nō tn̄ cōstituūt pluralitatem
suppositoꝝ abinuicē distinctoꝝ: cū pluralitas distinctio-
nem sequať. Distinctio vero formalis fit ex aliqua oppo
17m sitione. ℭ Ad 17m dōm: ꝙ in diuinis nō differt: qđ signi-
ficať ꝑ modū forme: ꝛ qđ significať ꝑ modū suppositi: vt
diuinitas ꝛ deus: paternitas ꝛ pater. Et ideo nō op3 ꝙ l3
ꝓprietates relatiue sint quasi differētie cōstituētes ꝑso-
nas: ꝙ faciāt cōpositionē aliquā cum ꝑsonis constitutis.
ℭ Ad 18m dōm: ꝙ l3 pater ꝛ filius nō distinguanť abin- 18m
uicem nisi paternitate ꝛ filiatiōe: nō tn̄ o3 ꝙ pater ꝛ filiꝰ
quasi specie differant in diuinis: q2 paternitas ꝛ filiatio
sunt relatiōes ſm spē3 diuerse. Nō. n. iste relatiōes se ha
bent ad diuinas ꝑsonas: vt spē3 dātes: s3 magis vt suppo
sita distinguētes ꝛ cōstituētes. Illud aūt qđ se h3 ad ꝑso
nas diuinas: vt spē3 dans est natura diuina: in qua filius
est similis patri. Nā generās generat sibi similē ſm spē3
nō ſm īdiuiduales ꝓprietates. Sicut ḡ sor. ꝛ Plato lic3
nō distinguerenť adinuicē īdiuidualiter nisi albedine ꝛ
nigredine: que sunt diuerse qualitates ſm spē3: nō tn̄ spe
cie differēt. q2 id qđ est spēs albo ꝛ nigro: nō est spēs sorti
ꝛ Platoni. Ita nec sequiť ꝙ pr̄ ꝛ filius specie differant
ꝑꝑ differētiā paternitatis ꝛ filiatiōis ſm spēm: l3 ī diuis
nō possit ꝓprie dici aliquid differre ſm spēm: cum nō sit
ibi species ꝛ genus. ℭ Ad 19m dōm: ꝙ nullo modo conce 19m
dendum est ꝙ in diuinis sit nisi vnū esse: cū esse semper
ad essentiam ꝑtineat: ꝛ precipue in deo: cuius esse est sua
essentia. Relationes aūt que distinguūt supposita in di-
uinis: nō addunt aliud esse sup esse eēntie: q2 nō faciunt
cōpositionem cū essentia: vt dictum est. Omnis aūt for-
ma addens aliquod esse sup esse substantiale: facit cōpo-
sitionem cum substantia: ꝛ ipsu3 esse est accidētale: sicut
esse albi ꝛ nigri. Diuersitas ḡ ſm eē sequiť pluralitatem
suppositoꝝ: sicut ꝛ diuersitas eēntie in rebꝰ creatis. Neu
trum aūt in diuinis. ℭ Ad 20m dōȝ: ꝙ operatio egrediť 20m
ab agente ratione forme vel virtutis que est principium
operationis. Et ideo nihil ꝓhib3 a tribus personis que
sunt vnius nature ꝛ virtutis: vnā creationē ꝓcedere. Si-
cut si trium calidoꝝ eēt vnus numero calor: vna nume-
ro ab eis calefactio proueniret. ℭ Ad 21m dōm: ꝙ forme 21m
īdiuiduantes in rebus creatis nō sunt subsistētes: sicut ī
diuinis: ꝛ ideo nō est simile. ℭ Ad 22m dōm: ꝙ in rebus 22m
creatis ad multitudinē suppositoꝝ sequitur multiplica-
tio eēntie: qđ nō accidit in diuinis. vnde ratio nō sequiť.
ℭ Ad 23m dōm: ꝙ l3 tota ꝛ ꝑfecta diuinitas sit in qual3 23m
trium personaꝝ ſm ꝓprium modū existendi: tn̄ ad ꝑfe-
ctionem diuinitatis ꝑtinet vt sint plures modi existēdi
in diuinis. vt. s. sit ibi a quo alius ꝛ ipse a nullo: ꝛ aliquis
qui est ab alio. Nō. n. esset omnimoda ꝑfectio in diuinis:
nisi esset ibi ꝓcessio verbi ꝛ amoris. ℭ Ad 24m dōm: ꝙ 24m
ratio illa ꝓcedit ac si diuine ꝑsone ꝑ eēntiam distingue-
renť. Sic. n. plenitudo gaudij quā h3 pater in filio: esset
in aliquo extrinseco: ꝛ nō haberet pater hoc in seipso. S3
q2 filius est in patre vt verbum ipsius: nō posset esse pa-
tri plenū gaudiū de seipso: nisi in filio. Sicut nec homo ð
seipso gaudet: nisi ꝑ ↄceptionē quā de seipso habet.

ℭ Utrum nomen persone conuenienter possit predicari
pluraliter in diuinis.

SExto queritur vtrum nomē ꝑsone cōue-
nienter possit predicari pluraliter
in diuinis. ℭ Et videť ꝙ non. Persona. n. est
substātia: vt ex diffinitiōe Boetij p3. S3 sub- 1m
stantia nō ꝑdicať pluraliter in diuinis. ḡ nec
ꝑsona. ℭ P̄. alia nomina absoluta predicātur tāttum sin- 2m
gulariter in diuis: vt sapiēs: bonus: ꝛ h̄ꝯ. Sed hoc nomē
persona est nomē absolutu3. ḡ nō d3 predicari pluraliter
in diuinis. ℭ Item nomē persone a subsistendo sumi vi 3m
detur: cum significet īdiuiduū in genere substātie: ꝛ ꝑso-
na dicať quasi per se vna. Subsistere autē ad essentiam
pertinere videť: que nō multiplicať in diuinis. ḡ nec no-
men persone pluraliter pōt predicari. ℭ Sed dice. ꝙ l3
subsistere sumatur ab essentia: tn̄ dicere possumus ꝙ in
diuis sunt tres subsistentes: ꝛ similiter ꝙ tres personē.

4m ¶ Sꝫ ꝯtra. ea que significāt eēntiā in diuis: nō possunt
ꝑdicari pluraliter: nisi sint adiectiua: que nō trahunt nu-
meꝝ a forma significata: sed a suppositis: cum econuerso
sit in substātiuis. Unī dicimus ꝙ in deo sunt tres eterni:
si ly eterni adiectiue sumatur. Si vero substantiue: tunc
veꝝ est qđ Atanasius dicit: ꝙ nō sunt tres eterni: sꝫ vnꝰ
eternus. Hoc aūt nomē persona est substantiuū nō adie-
5m ctiuū. ergo nō dꝫ ꝑdicari i plurali. ¶ P. lꝫ adiectiua eēntia-
lia predicent̃ pluraliter in diuis: tñ forme significate nō
predicantur pluraliter: sed singulariter tantum. Etsi.n.
aliquo mō dicamus pluraliter tres eternos in diuis: nul-
lo tñ modo dicimꝰ tres eternitates. Et si ergo aliquo modo
possit dici ꝙ sint tres persone in diuinis: nullo tñ mō po-
6m terit dici ꝙ sint tres ꝑsonalitates. ¶ P. sicut deꝰ signifi-
cat diuinitatē habentē: ita ꝑsona diuina significat subsi-
stentem in diuinitate. Sed sicut dicimus in diuinis tres
subsistentes in diuinitate: ita tres habētes diuinitatem.
Si ergo hac ratione pōt dici ꝙ in diuinis sint tres perso
ne. Similiter poterit dici ꝙ sint ibi tres dij: qđ est hereti
7m cuꝫ. ¶ P. Boetius dicit i li. de tri. ꝙ iō nō sunt tres dij:
qꝛ deus nō differt a deo in diuinitate. Sed similit ꝑso-
na diuina nō differt a ꝑsona diuina aliqua ꝑsonalitatis
differentia vt videt̃: cuꝫ cōe sit eis hoc qđ est esse ꝑsonā.
ergo ꝑsona nō pōt pluraliter predicari in diuinis.
3 p **Sed contra** est qđ Augꝰ dicit in 7o de tri. ꝙ que-
rentibus qđ tres essent: pater ⁊ filiꝰ
⁊ spūs scūs: responsum est: ꝙ sunt tres persone. ergo persona
2o pluraliter in diuinis predicat̃. ¶ P. Atanasius dicit ꝙ
alia est ꝑsona patris: alia filij: alia spūs sancti. Distinctio
aūt est cā numeri. ergo ꝑsona pluraliter dꝫ ꝑdicari in diuis.
Rño **Respōdeo.** dōm: ꝙ noīa substātiua: sicut iam su-
pra dictū est trahunt numeꝝ a forma
significata: adiectiua vero a suppositis. Cuiꝰ ratio est: qꝛ
noīa substātiua significāt ꝑ modum substātie: adiectiua
vero ꝑ moduꝫ accidētis: qđ indiuiduat̃ ⁊ multiplicat̃ ꝑ
subm: substantia vero ꝑ seipsam. Cū ergo hoc nomen ꝑsona
sit substantiuuꝫ: opꝫ ex forma significata ipsius conside-
rare veꝝ possit pluraliter predicari. Forma aūt signifi-
cata nomine persone: nō est natura absolute: qꝛ sic idē si-
gnificaret̃ noīe hoīs: ⁊ nomine ꝑsone humane: qđ pꝫ esse
falsum. Sed nomine ꝑsone significatur formaliter incō
municabilitas: siue idiuidualitas subsistentis in natura:
sicut ex premissis pꝫ. Cū ergo proprietates facientes esse di-
stinctum ⁊ incōicabile in diuinis: sint plures: oꝫ ꝙ nomē
persone pluraliter predicet̃ i diuinis: sicut etiā in huma-
nis pluraliter predicat̃ nomē ꝑsone: ꝑꝑ pluralitatē prin
cipioꝝ indiuiduantium.
Ad pm **Ad primum** ergo dōm: ꝙ ꝑsona est substantia
indiuidua: que est hipostasis. Et h̄
2m pluraliter predicat̃: sicut pꝫ ex vsu grecoꝝ. ¶ Ad 2m di-
cendū: ꝙ nomen ꝑsone est absolutū ex modo significan-
3m di. Significat tñ relationē: sicut ex ꝑmissis pꝫ. ¶ Ad 3m
dōm: ꝙ nomē ꝑsone nō designat h̄ solum: qđ est subsiste-
re: qđ videt̃ ad essentiā ꝑtinere: sed etiā hoc qđ est distin
ctum esse ⁊ incōicabile: qđ est ꝑꝑ proprietates relatiuas
4m in diuis. ¶ Ad 4m dōꝫ: ꝙ forma significata ꝑ nomē ꝑso-
ne nō est eēntia absolute: sꝫ illud qđ est prinm incōicabili
tatis siue idiuiduationis. Et ideo pluraliter predicat̃: lꝫ
sit nomē substātiuū. Et ꝑꝑ hoc etiā qꝛ sunt plures ꝓprie-
tates distinguētes in diuinis: dr̃ esse ꝑ plures ꝑsonalita
5m ⁊ 6m tes. ¶ Unī pꝫ solutio ad 5m. ¶ Ad 6m dōꝫ: ꝙ h̄ nomē ꝑso
na significat subsistentē in natura diuina: cū distinctiōe
⁊ incōicabilitate. Hoc aūt nomē deus significat habētē
diuinā naturā: nihil importans de distinctione vel incōi
7m cabilitate. Ideo nō est simile. ¶ Ad 7m dōꝫ: ꝙ lꝫ deus a
deo non differat aliqua differentia diuinitatis: qꝛ nō est
nisi vna diuinitas numero: ꝑsona tñ diuina differt a ꝑso
na diuina: differentia ꝑsonalitatis: qꝛ ad ꝑsonalitatē ꝑti-
net in diuis etiā ꝓprietas distinguēs ꝑsonas.

¶ Utꝝ termini numerales predicent̃ de diuis personis.

Septimo queritur quō termini nume
rales ꝑdicent̃ de diuinis ꝑso
nis. vtꝝ. s. positiue vel remotiue tñ. ¶ Et vi pm
detur ꝙ positiue. Si.n. nihil ponūt i diuinis:
tūc ꝙ dicit tres ꝑsonas: nihil dicit qđ sit i deo.
ergo ⁊ ꝙ negat tres ꝑsonas: nihil negat ð deo qđ sit i ipso.
Non ergo ꝯtra veritatem loquit̃: ⁊ ita nō est hereticus. ¶ P. 2m
sm̃ Dionym in li. de di. no. tribꝰ modis dr̃ aliqđ de deo. s.
ꝑ negationē: ꝑ eminētiā: ⁊ ꝑ cām. Quocūqꝫ aūt istoꝝ mo
doꝝ termini numerales ꝑdicent̃ in diuis: oꝫ ꝙ aliqđ po
nant. Qđ quidē manifestū est: siqdem ꝑdicent̃ ꝑ eminē-
tiaꝫ vel ꝑ cām. Similiter aūt ⁊ si ꝑdicent̃ negatiue. Nō
enim sic aliqua negant̃ de deo: vt idē Dionyꝰ dicit quasi
oīno ei desint. Sꝫ qꝛ nō eodē mō ei conueniūt sicut ⁊ no
bis. Opꝫ ergo oībus modis ꝙ termini numerales aliqđ po-
nant in deo. ¶ P. qcquid ꝑdicat̃ de deo ⁊ creaturis: no- 3m
biliori modo de deo ꝙ̄ de creaturis ꝑdicat̃. Termini āt
numerales de creaturis predicant̃ positiue. ergo multo ma
gis de deo. ¶ P. multitudo ⁊ vnitas importata ꝑ termi 4m
nos numerales: sm̃ ꝙ ꝑdicant̃ ð deo nō sunt in itellectu
tñ: qꝛ sic nō eēnt tres ꝑsone in deo: nisi sm̃ itellectuꝫ: qđ
ꝑtinet ad heresim Sabellianā. ergo oꝫ ꝙ sint aliqđ in ipso
deo sm̃ rē. Et ita positiue de deo dicunt̃. ¶ P. sicut vnū 5m
est in genere quātitatis: ita bonū est i genere qualitatis.
In deo aūt nec est quātitas: nec qualitas: nec aliqđ acci-
dens: ⁊ tñ bonū nō ꝑdicat̃ de deo remotiue sed positiue.
ergo ⁊ similiter vnū: ⁊ ꝑ ꝯsequēs multitudo quā constituit
vnū. ¶ P. quattuor ꝑma entia dicunt̃. s. ens: vnuꝫ: veꝝ: ⁊ 6m
bonum. Sꝫ tria eoꝝ. s. ens veꝝ ⁊ bonū dicunt̃ de deo po
sitiue. ergo ⁊ vnū: ⁊ ꝑ ꝯsequens multitudo. ¶ P. multitudo 7m
⁊ magnitudo ꝑtinent ad duas spēs quantitatis: que sunt
discreta quātitas ⁊ cōtinua. Sed magnitudo predicatur
de deo positiue: cū dr̃. Magnus dominus: ⁊ magna vir-
tus eius. ergo ⁊ multitudo ⁊ vnū. ¶ P. creature dei simili- 8m
tudinē ꝑferūt: sm̃ ꝙ in eis vestigiū diuinitatis apparet.
Sed sm̃ Augm quelibet creatura vestigiū quoddā diui-
ne trinitatis in se hꝫ: inqn̄tū est aliqđ vnū: ⁊ specie for-
matur: ⁊ ordinē aliquem hꝫ. ergo creatura est vna ad simili-
tudinem dei. Sed vnum predicat̃ de creatura positiue.
ergo ⁊ de deo. ¶ P. si vnum predicatur de deo ꝑuatiue: oꝫ 9m
ꝙ aliqđ remoueat. Et nō nisi multitudineꝫ. Multitudi-
nem aūt nō remouet. Nō.n. sequitur si est vna ꝑsona: ꝙ
nō sint plures. Unū ergo nō dr̃ remotiue de deo: ⁊ ꝑ ꝯñs
nec multitudo. ¶ P. priuatio nihil cōstituit. Unū autē 10m
cōstituit multitudinē. Nō ergo dr̃ priuatiue. ¶ P. nulla 11m
priuatio est in deo: qꝛ priuatio omnis ꝑtinet ad defectuꝫ.
Unum aūt ꝑdicatur de deo. ergo nō significat priuationeꝫ.
¶ P. Augꝰ dicit in li. de tri. ꝙ qcqđ predicatur de deo: 12m
predicatur sm̃ subām: vel sm̃ relationeꝫ. Et Boetius ēt
dicit in suo li. de tri. ꝙ omnia que veniunt in diuinā pre-
dicationē: mutāt̃ in subām preter ad aliqđ. Si ergo termi-
ni numerales predicant̃ de deo: opꝫ ꝙ significēt substan
tiam: vel relationē. Et ita opꝫ ꝙ positiue de deo predicē
tur. ¶ P. vnū ⁊ ens cōuertūtur: ⁊ vidētur eē synonima. 13m
Sꝫ ens ꝑdicat̃ de deo positiue. ergo ⁊ vnū: ⁊ ꝑ ꝯñs multitu
do. ¶ P. si vnū ꝑdicatur de deo remotiue: opꝫ ꝙ remo- 14m
ueat multitudinē tāqꝫ sibi oppositā. Hoc aūt nō pōt esse:
cū multitudo cōstituat̃ ex vnitatibus. Unū aūt opposi-
toꝝ nō cōstituit̃ ex alio. ergo vnuꝫ nō ꝑdicatur ð deo remo-
tiue. ¶ P. si vnū dr̃ ꝑ remotionē multitudīs: opꝫ ꝙ vnū 15m

opponatur multitudini:sicut priuatio habitui. Habitus
aūt est naturaliter prior priuatione:⁊ etiā ſm rōnem:q̄
priuatio nō pōt diffiniri nisi ꝑ habitū. ḡ multitudo erit
prior vno ſm naturā:⁊ ſm rōnem:qḋ videt̄ incōueniēs.
16ᵒ ❡ P̄.si vnū ⁊ multa in diuinis predicant̄ remotiue:opꝫ
ꝙ vnum remoueat multitudinē:⁊ multitudo remoueat
vnitatem. Hoc aūt est incōueniēs: q̄ sequeret̄ circulus
vnius ⁊ multi:vt dicat̄ ꝙ vnū est qḋ nō est multa:⁊ mul
ta sunt que nō sunt vnū:⁊ sic ꝑ ista nihil fieret notū. Non
est ergo dōm:ꝙ vnum ⁊ multa in deo dicātur priuatiue.
17ᵒ ❡ P̄.vnū ⁊ multa cū se habeant vt mēsura ⁊ mēsuratū:
vident̄ opponi adinuicē relatiue. In relatiue aūt oppo
sitis vtrūq; dr̄ positiue. ergo tam vnum q̄ multa positi
ue predicantur de deo.

5p. **Sed cōtra.** Diony. dicit 4ᵒ.c.de diui.no. Unitas
laudata: ⁊ trinitas que est sup omnia
diuinitas:nō est neq; vnitas:neq; trinitas:q̄ a nobis aut
alio quodā existentiū sit cognita. Uidet̄ ḡ ꝙ termini nu
2ᵒ merales ꝑ remotionē dicant̄ de deo. ❡ P̄. Aug. dicit 7ᵒ
de tri.quesiuit humana iopia qd tria diceret:⁊ dixit sub
stantias:siue ꝑsonas. Quibus nominibus nō diuersitatē
itelligi voluit:sꝫ singularitatē voluit. Sūt ḡ hⱥ termini
numerales introducti in diuinis: magis ad remouendū
3ᵒ q̄ ad ponēdum. ❡ P̄. vnū ⁊ multitudo siue numerus:
sunt in genere quātitatis. In deo aūt non pōt esse aliqua
quātitas:cum quātitas sit accidēs ⁊ dispositio materie.
Termini ergo numerales in deo nihil ponūt. ❡ Sed di
ce.ꝙ lꝫ quantitas ſm rōnem sui generis: vel ſm rōnem
accñtis:nō possit esse in deo:tñ ſm rōnem speciei aliqua
quātitas pōt predicari de deo:sicut aliqua qualitas: vt
4ᵒ sciētia vel iustitia. ❡ Sed ꝯtra. Ille sole species qualita
tis in diuinam ꝑdicationem assumunt̄:que ſm rationē
sue speciei nullā imperfectionē iportant:sicut scientia ⁊
iustitia:nō aūt ignorātia nec albedo. Omnis aūt quanti
tas ſm rōnem sue speciei imperfectionē importat. Cum
enim quantum sit qḋ est diuisibile:species quātitatis di
stinguūtur ſm diuersos modos diuisionis:sicut plurali
tas est:que diuisibilis est in nō cōtinua:linea aūt que est
diuisibilis ſm vnā dimēsionē:supꝰficies aūt ſm duas:
corpus vero ſm tres. Diuisio aūt:perfectioni diuine sim
plicitatis repugnat. Nulla ḡ quātitas ſm rationem sue
speciei pōt predicari de deo. ❡ Sed dice.ꝙ distinctio ꝑ
relationes que facit numerū personarū in diuinis:nō im
5ᵒ portat iperfectionē in deo. ❡ Sed ꝯtra. Omnis diuisio
vel distinctio aliquā multitudinē causat. Nō aūt omnis
multitudo est numerus ꝙ est species quantitatis:cū mul
titudo ⁊ vnū circūeant omnia genera. Non ḡ omnis di
uisio vel distinctio sufficit ad ꝯstituendū numerū ꝙ est
species quantitatis:sed sola illa diuisio que est ſm quan
titatem:qualis nō est distinctio relationū. ❡ Sed dice.
ꝙ omnis multitudo est species quātitatis:⁊ omnis diui
6ᵒ sio sufficit ad ꝯstituendā speciē quantitatis. ❡ Sed con
tra.ad positionē substātie nō sequitur positio quātitatis:
cum substātia possit esse sine accidēte. Sed positis solis
formis substātialibus:sequitur distinctio in substantijs.
ḡ nō quelꝫ distinctio cōstituit multitudinē que est acci
7ᵒ dens ⁊ species quātitatis. ❡ P̄. discretio que constituit
numerū que est species quantitatis:opponitur continuo.
Discretio aūt cōtinuo opposita est que cōsistit in diuisio
ne cōtinui. ḡ sola diuisio cōtinui que nō cōpetit deo:cau
sat numerū ꝙ est spēs quātitatis:⁊ ita nō pōt predicari de
8ᵒ deo numerus qui est spēs quātitatis. ❡ P̄. quelibet sub
stantia dr̄ vna. Aut ḡ est vna ꝑ essentiā suam:aut ꝑ aliqd
aliud. Si ꝑ aliqd aliud:cum ⁊ illud oporteat eē vnū: ne
cesse est ꝙ ⁊ illud ꝑ se sit vnum:vel ꝑ aliqd aliud:⁊ illud
iterū per aliud. Impossibile est aūt ꝙ hoc ꝓcedat in infi
nitum.ḡ statur alicubi. Melius est ergo ꝙ stetur in pri
mo:vt.s.substantia ꝑ seipsam sit vna. Nō ḡ vnū est aliqd
additū sube:⁊ ita nō videt̄ significare aliquid positiue.
❡ Sed dice.ꝙ suba nō est vna ꝑ seipsam: sed ꝑ vnitatē
ei accidētē. Unitas aūt est ꝑ se vna. Prima.n.denoiant
seipsa:sicut bonitas est bona:veritas est vera:⁊ similiter
vnitas est vna. ❡ Sꝫ ꝯtra.hⱥ seipsa denominant ꝓpter 9ᵒ
hoc ꝙ sunt prime forme. Nam secunde forme non deno
minant seipsas:sicut albedo non est alba. Que autem se
habent ex additione ad aliud non sunt prima. ergo vni
tas ⁊ bonitas non se habent ex additiōe ad subā. ❡ P̄. 10ᵒ
ſm phm̄ in 5ᵒ metaphi.omnia dicunt̄ vnū inquantum
nō diuidunt̄. Hoc aūt qḋ est nō diuidi: nō ponit aliqd:sꝫ
solum remouet.ḡ vnū nō predicatur positiue:sed remo
tiue in diuinis. Et ꝑ ꝯñs multitudo que ꝯstituit̄ ex vnis.

Rñdeo. dōm:ꝙ de vno ⁊ multo diuersa inueniunt̄ Rño
que etiā apud phos fuerunt occasio diuer
sa sentiendi. Inuenit̄.n.de vno ꝙ est principiū numeri:
⁊ ꝙ cōuertitur cū ente. Similiter inuenit̄ de multo ꝙ
pertinet ad quādam spēm quantitatis:que dr̄ numerus.
Et iterū ꝙ circuit omne genus sicut ⁊ vnum: cui videt̄
multitudo opponi. Fuerunt ḡ aliqui inter phos qui non
distinxerūt inter vnū qḋ cōuertit̄ cū ente:⁊ vnum qḋ est
principiū numeri:estimātes ꝙ neutro modo dictū vnū:
aliqd super substātiā adderet. Sed vnū quolibet mō
dictū significaret subā rei. Ex quo sequebatur ꝙ nume
rus qui ex vnis componit̄:sit suba omnium rerū:ſm opi
nionem Pictagore ⁊ Platonis. ❡ Quidā vero nō disti Op. pᵃ
guentes inter vnū qḋ cōuertit̄ cū ente: ⁊ vnū qḋ est pnᵐ
numeri crediderūt eꝯᵒ:ꝙ vtrolibꝫ mō dictū vnū:adde
ret aliqḋ esse accidētale supra substātiā:⁊ ꝑ ꝯsequēs oīs
multitudo oꝫ ꝙ sit aliqḋ accidēs pertinēs ad genus quā
titatis. Et hec fuit positio Auicēne. Quā quidē videntur
secuti fuisse omnes antiqui doctores. Nō.n.intellexerūt
ꝑ vnum ⁊ multa:nisi aliqd ꝑtinens ad genus quātitatis
discrete. ❡ Quidā vero fuerūt ꝙ attēdētes ꝙ in deo nul Opio 2ᵃ
la q̄titas eē pōt:posuerūt ꝙ termini significātes vnum:
vel multa d̄ deo nō ponūt aliqd:sꝫ remouēt tātū. Nō.n.
possent ponere nisi qḋ significāt.s.q̄titatē discretā:que
nullo mō pōt esse in deo. Sic ḡ ſm eos vnum dr̄ de deo
ad remouendū multitudinē quātitatis discrete. Termi
ni vero significantes pluralitatē:dicunt̄ d̄ deo ad remo
uendū vnitatē que est pnᵐ quātitatis discrete. Et hec vi
detur fuisse opinio magistri:que ponit̄ i 24ᵃ distinctiōe
primi sententiarū. Que qdem supposita sue opinionis ra
dice.s.ꝙ omnis multitudo significaret quātitatē discre
tam:⁊ omne vnū esset eiusdē q̄titatis principiū:iter oēs
rationabilior inuenit̄. Nam ⁊ Diony. dicit in 2ᵒ.c.cele.
hierar.ꝙ negationes sunt maxime vere in deo:affirma
tiones vero sunt icōpacte. Nō.n.scimus de deo qd est:sꝫ
magis qd nō est:vt Dam.dicit. Uñ ⁊ Rabi Moyses oia
q̄ affirmatiue vident̄ dici de deo:dicit magis eē introdu
cta ad remouendū:q̄ ad aliqd ponēdū. Dicimus.n.deū
esse viuū:ad remouendū ab eo illū modū essendi quē ha
bēt res q̄ apud nos nō viuūt:nō ad ponendū vitā in ipso:
cū vita ⁊ oia hⱥ noia sint iposita ad significādū quasdā
formas:⁊ ꝑfectiōes creaturarū:q̄ lōge absunt a deo:q̄uis
hoc nō sit vsquequaq; verū. Nā sicut dic̄ Diony. in li.d̄ di.
no.sapia ⁊ vita:⁊ alia hⱥ nō remouent̄ a deo q̄si ei desint:
sed q̄ excellētius hꝫ ea q̄ itellectus humanus cape vel
sermo significare possit. Et ex illa ꝑfectiōe diuia descen
dunt ꝑfectiōes create ſm quādā similitudinē iperfectā.
Et ideo de deo ſm Dionyᵐ nō solū dr̄ aliqd ꝑ modū ne
gatiōis:⁊ ꝑ modū cāe:sꝫ et ꝑ modū eminētie. Sed qcqd

sit de spūalibus pfectionib⁹:certū est ꝙ mālcs dispōnes
remouenᷓ oino a deo. Uñ cū quātitas sit dispositio māe
si termini numerales non significāt nisi qḋ est in genere
quātitatis:necesse est ꝙ de deo non dicanᷓ nisi ad remo/
uendū que significāt:sicut magister posuit. Nec seqᷓ ex
eius positiōe circulus:dū vnitas remouet multitudinez:
ꝛ multitudo vnitatē. Quia remouenᷓ a deo vnitas ꝛ mul/
titudo que sunt in genere quātitatis:quoꝝ neutrū de deo
dicitur. Et sic vnitas dicta de deo que remouet multitu/
dinē:non remouenᷓ:ſꝫ alia vnitas:que de deo dici nō pōt.
Opio 3ª ¶ Quidā vo nō itelligētes ꝙ noīa affirmatiua ad remo
uēdū possint in predicatione diuinā iduci:nec iteꝝ ponē
tes vnū ꝛ multa:nisi qḋ est in genere quātitatis discrete:
quā in deo ponere nō audebāt:dixerūt ꝙ termini nume
rales nō predicanᷓ de deo q̄si dictiōes significātes aliq̄
rem cōceptā:sed q̄si dictiones officiales exercētes aliqd
in diuinis.ſ.distinctionē ad moduꝫ syncathegorematice
dictiōis. Qḋ qdē fatuū apparet:cū nihil tale ex hoꝝ ter/
opio 4ª minoꝝ significatiōe possit hri. ¶ Et iō alij dixerunt ꝙ
predicti termini aliqd positiue ponunt in deo:licꝫ suppo
nant ꝙ vnū ꝛ multa:sunt solum in genere quātitatis. Di
cunt.n.ꝙ nō est icōueniēs aliquā spēm quantitatis deo
attribui:licꝫ genus remoueatur a deo:sicut ꝛ alique spēs
qualitatis:vt sapiētia ꝛ iustitia dicūr de deo positiue:ſꝫ in
deo qualitas esse nō possit. Sed illud nō est simile: vt in
obijciēdo est tactū. Nā omnes spēs quātitatis ex ratiōe
sue spēi habēt imperfectionem. Nō aūt oēs spēs qualita
tis. Et preterea quātitas ꝓprie est dispositio māe. Unde
omnes spēs quātitatis sunt mathematica quedā: que ſꝫ
esse nō possunt a mā sensibili separari:nisi tēpus ꝛ locus
que sunt nālia:ꝛ magis māe sensibili annexa. Unde pꝫ
ꝙ nulla spēs quātitatis pōt in rebus spūalibus cōuenire
nisi secūdū metaphorā. Qualitas aūt sequiᷓ formā. Uñ
quedā qualitates sunt oino imālcs:que attribui possunt
rebus spiritualib⁹. De igitur opiniones ꝓcesserunt:sup/
posito ꝙ idē sit vnū qḋ conuertitur cū ente:ꝛ qḋ est ṗnci
piuꝫ numeri:ꝛ ꝙ non sit aliqua multitudo nisi numerus
qui est spēs quātitatis. qḋ qdē pꝫ esse falsuꝫ. Naꝫ cū diui
sio multitudinē causet:idiuisio vero vnitatē:opꝫ ſm ra/
tionē diuisionis de vno ꝛ multo iudiciū sumi. Est auteꝫ
quedā diuisio que oino gen⁹ quātitatis excedit: que.ſ.est
per aliquā oppositionē formalē:que nullā quātitatē con
cernit. Uñ oꝫ ꝙ multitudo hāc diuisionē ꝯñs:ꝛ vnū qḋ
hāc diuisionē priuat: sint maioris cōitatis ꝛ ambitus q̄
genus quātitatis. Est aūt ꝛ alia diuisio ſm quantitatē: q̄
genus quātitatis nō transcēdit. Unde ꝛ multitudo ꝯñs
hanc diuisionē:ꝛ vnitas eam priuās sunt in genere quan
titatis. Qḋ quidē vnū:aliqd accidētale addit supra id de
quo dr̄ ꝙ hꝫ rōnē mēsure:alias numerus ex vnitate con
stitutus:nō esset aliqḋ accidēs nec alicuius generis spēs.
Unū vo qḋ ꝯuertiᷓ cū ente:nō addit supra ens nisi nega
tionē diuisionis. nō ꝙ significet ipsaꝫ indiuisionē tm̄: ſꝫ
subaꝫ ei⁹ cū ipsa. Est.n. vnū idē qḋ ens indiuisum. Et silr
multitudo correspondens vni:nihil addit supra res mul
tas:nisi distinctionē:que in hoc attēdiᷓ ꝙ vna eaꝝ nō est
alia. Qḋ quidē nō habēt ex aliquo supadditio:sed ex pro/
prijs formis. pꝫ ḡ ꝙ vnū qḋ cōuertiᷓ cū ente: ponit qdeꝫ
ipsum ens:sed nihil supaddit nisi negationem diuisiōis.
Multitudo aūt ei correspondēs addit supra res que di/
cunᷓ multe. ꝙ vnaq̄q3 eaꝝ sit vna:ꝛ ꝙ vna eaꝝ nō sit al/
tera:in quo cōsistit rō distinctionis. Et sic cū vnū addat
supra ens vnā negationē: ſm ꝙ aliquid est idiuisum in
se:multitudo addit duas negatiōes: put.ſ. aliquid est in
se indiuisuꝫ:ꝛ put est ab alio diuisuꝫ. Qḋ quidem diuidi
est vnū eoꝝ nō esse alteꝝ. Dico ḡ ꝙ in diuinis nō ṗdicā/
tur vnum ꝛ multa que pertinēt ad genus quātitatis: sed
vnū qḋ ꝯuertiᷓ cū ente. ꝛ multitudo ei correspōdēs. Uñ
vnū ꝛ multa ponūt qdē in diuis ea de qbus dicunᷓ:ſꝫ nō
superaddunt nisi distinctionē ꝛ indistinctionem: qḋ est
superaddere negationes:vt supra expositū est. Unde cō
cedimus ꝙ quantum ad id qḋ superaddunt eis de qbus
predicanᷓ:remotiue in deo accipiunᷓ:inq̄tum aūt inclu
dunt in sua significatione ea de qbus dicunᷓ positiue ac/
cipiunᷓ. vñ ad vtrasq3 rōnes rñdēdū est.

Ad primū ḡ dōꝫ ꝙ q dicit tres psonas:aliqd in deo Ad pm
dicit.ſ.distictionē psonaꝝ:quā q negat
hereticus est. Ista aūt distinctio nō addit aliquid supra
personas distinctas. ¶ Ad scḋꝫ dōm ꝙ licet in remouēe 2m
quorūdā a deo:sit cointelligēda predicatio eorūdem de
deo per eminētiaꝫ ꝛ per cām:tamē quedā solū modo ne/
ganᷓ de deo:ꝛ nullo modo ṗdicanᷓ:sicut cuꝫ diciᷓ: deus
nō est corpus. Et hoc mō posset dici ſm opinionē magi/
stri:ꝙ oino negatur a deo quantitas numeralis: ꝛ siliter
ſm id qḋ ponimus:oio negatur ab eo essentie diuisio: cū
diciᷓ essentia diuina est vna. ¶ Ad tertiū dōꝫ ꝙ in reb⁹ 3m
creatis termini numerales nō ponunt aliqd supadditūꝫ
rebus de quibus dicunᷓ:nisi prout significāt id quod est
in genere quātitatis discrete:ſm quē modū nō predican
tur de deo:ꝛ hoc pertinet ad perfectionem ipsius. ¶ Ad 4m
4m dōm ꝙ diuinitas ꝛ multitudo que significanᷓ p ter/
minos numerales dictos de deo:nō sunt solū in itellectu
nostro:sed sunt in deo ſm rem. Nō tamen ꝓpter hoc si/
gnificatur aliquid positiue preter intellectum eorum q/
bus ista attribuuntur. ¶ Ad quintū dōm ꝙ bonū qḋ est 5m
in genere qualitatis:nō est bonū qḋ cōuertitur cuꝫ ente:
qḋ nullaꝫ rem supra ens addit. Bonū aūt qḋ est in gene/
re qualitatis:addit aliquaꝫ qualitatem: qua hō dr̄ bon⁹:
ꝛ simile est de vno:sicut ex dictis patet. Sed in hoc dif/
fert ꝙ bonum vtroq3 modo acceptū pōt venire in diui/
nam predicationeꝫ:nō aūt vnum. Nō eniꝫ est eadem rō
de quātitate ꝛ qualitate:sicut ex dictis patet. ¶ Ad sep/ 6m
tum dicenduꝫ ꝙ inter ista quatuor ṗma:maxime ṗmuꝫ
est ens. Et ideo oportet ꝙ positiue ṗdiceᷓ. negatio.n. vel
priuatio nō potest esse ṗmum qḋ itellectu cōcipitur: cuꝫ
semper illud quod negatur vel priuatur sit de intellectu
negationis vel priuationis. Oportet autem ꝙ alia tria
super ens addāt aliquid qḋ ens nō ꝯhat. Si eniꝫ ꝯherēt
ens iā nō essent ṗma. Hoc aūt eē nō pōt nisi addāt aliqd ſꝫ
rōnē tm̄. Hoc aūt ē vl negatio quā addit vnū:vt dictū ē: vl
relatio:vel aliqd qḋ natuꝫ sit referri vlr ad ens. Et hoc est
vel itellect⁹ ad quē iportat relationē veꝝ:aut appetit⁹ ad
quē iportat relationē bonū. Nā bonū est qḋ oia appetūt:
vt dr̄ in ṗ ethi. ¶ Ad 7m dōꝫ ꝙ ſꝫ phꝫ in.io.meta. mul/ 7m
tū dr̄ dupl̄r. vno mō absolute:ꝛ sic dr̄ p oppositū ad vnū.
Alio mō dr̄ ꝯpatiue ꝓut iportat excessū quedā respectu
mioris nūeri:ꝛ sic multū opponiᷓ pauco. Silr aūt ꝛ ma/
gnū pōt dupl̄r dici. vno mō absolute: ꝓut iportat q̄tita/
tē ꝯtinuā q̄ dr̄ magnitudo. Alio mō ꝯparatiue ꝓut ipor/
tat excessuꝫ respectu mioris q̄titatis. Pрio ḡ mō magnū
nō ṗdicaᷓ de deo:ſꝫ 2⁰ vt iporteᷓ ei⁹ eminētia sup omnē
creaturā. ¶ Ad octauū dōm ꝙ vnū qḋ pertinet ad vesti 8m
gium dei in creaturis:est vnuꝫ qḋ cōuertitur cum ente.
Quod qdem ponit aliquid inquātum ponit ipsum ens:
cui solaꝫ negationē superaddit:vt dictū est. ¶ Ad nonū 9m
dōm ꝙ vnuꝫ oppositoꝝ nō excludit aliud:nisi ab eo de
quo ṗdicatur. Nō enim sequiᷓ si soz. est alb⁹: ꝙ nihil sit
nigrū:sed ꝙ ipse nō est niger. Sic ergo sequitur ꝙ si pa/
tris persona est vna:ꝙ patris persone nō sūt plures. Nō
autē sequitur ꝙ nō sint plures persone in diuinis ¶ Ad 10m
decimū dicēdum ꝙ vnum nō ꝯstituit multitudinem ex

xi° parte priuationis: sed ex parte illa qua ponit ens. ¶ Ad
vndecimū dōm q̄ sicut dr̄ in 5° metaphy. p̄uatio tribus
modis dicit̄. vno modo p̄prie: qn̄ remouetur ab aliquo
qd̄ natū est habere: ꝛ in quo tp̄e natū est habere: sicut ca-
rere visu: est priuatio visus in hoie. Alio mō cōius qn̄ re
mouetur ab aliquo qd̄ ip̄z q̄dem nō est natū habere; sed
genus eius: sicut si nō habere visum: dicat̄ esse p̄uatio vi
sus in talpa. 3° modo cōissime qn̄ remouet̄ ab aliquo id
qd̄ a quocūq; alio natū est haberi: non tn̄ ab ipso nec ab
alio sui generis: sicut si nō h̄re visum: dicat̄ esse priuatio
visus in plāta. Et hec p̄uatio mediū est īter p̄uationē ve
raꝫ: ꝛ simplicē negationē: hn̄s cōe aliq̄d cū vtroq;. Cum
p̄uatione q̄dē vera: in hoc qd̄ est negatio in aliquo subo.
vn̄ nō ꝯpetit simpl'r nō enti. Cū negatiōe vō simplici: i h̄
qd̄ nō req̄rit aptitudinē in subo. Per hūc aūt modū vnū
p̄uatiue dr̄: ꝛ pōt sīlī mō p̄dicari i diuis: sicut ꝛ alia q̄ sīlī
12° mō p̄dicant̄ in diuis: vt inuisibilis ꝛ imensus ꝛ hm̄. ¶ Ad
duodecimū dōm q̄ termini numerales nō addūt aliq̄d
in diuinis supra id de quo predicant̄. Et iō qn̄ predicant̄
de essentialib' significāt essentiā: qn̄ vero de personalib'
13° significāt relationē. ¶ Ad 13m dōm q̄ vnum ꝛ ens ꝯuer-
tunt̄ s̄m supposita: sed tn̄ vnū addit s̄m rōnez p̄uationē
diuisionis. Et p̄pter hoc nō sunt synonima: q: synonima
14° sunt que significāt idē s̄m rationē eandē. ¶ Ad 14° di-
cēduz q̄ vnū pōt cōsiderari dupliciter. vno mō quātum
ad illud qd̄ ponit. ꝛ sic cōstituit multitudinē. Alio modo
quātū ad negationē quā superaddit: ꝛ sic opponit̄ vnuz
15° multitudini priuatiue. ¶ Ad 15m dōm q̄ s̄m ph'm in 10°
metaphy. Multitudo est prior vno s̄m sensum: sicut to-
tum partib' ꝛ cōpositū simplici. Sed vnū est prius mul-
titudine naturalr̄ ꝛ s̄m rationē. hoc aūt nō videt̄ suffice-
re ad hoc q̄ vnū opponatur multitudini priuatiue. Naz
priuatio est posterior s̄m rōnē: cū in itellectu priuatiōis
sit eius oppositū per qd̄ diffinitur: nisi forte hoc referat̄
soluz ad nominis rationē: put hoc nomē vnū significat
p̄uatiue: nomē vero multitudinis positiue. Nomina eni
imponunt̄ a nobis s̄m q̄ cognoscim' res. Vn̄ ad hoc q̄
aliquid significet̄ per nomen: vt priuatio: sufficit quali-
tercūq; sit posterius in nostra cognitione: q̄uis hoc non
sufficiat ad hoc q̄ res ipsa sit p̄uatiua: nisi sit posteri' s̄m
rōnē. Et ideo pōt melius dici q̄ diuisio est cā multitudi-
nis: ꝛ est prior s̄m intellectū q̄ multitudo. Vnū aūt dici
tur p̄uatiue respectu diuisionis: cū sit ens idiuisuz: nō au
tem respectu multitudinis. Unde diuisio est prior s̄z ra
tionē q̄ vnū: sed multitudo posterius. Qd̄ sic p̄z. p̄mū. n.
qd̄ in itellectu cadit est ens. 2m vero est negatio entis. Ex
his aūt duob' sequit̄ 3° itellect' diuisiōis. Ex hoc. n. q̄ ali
q̄d itelligit̄ ens: ꝛ itelligit̄ nō eē h̄ ens: seq̄t̄ in intellectu
q̄ sit diuisum ab eo. Quarto autez sequitur in intellectu
rō vni': put. s. itelligit̄ hoc ens nō esse in se diuisuz. 5° aūt
seq̄tur itellect' multitudinis: put. s. h̄ ens itelligit̄ diui-
sum ab alio: ꝛ vtrūq; ipsoꝝ esse in se vnū. Quātūcūq; eni
aliqua itelligant̄ diuisa: nō itelliget̄ multitudo: nisi qd̄li
bet diuisoꝝ itelligatur eē vnū. Et sic etiā p̄z q̄ nō erit cir
16° culus in diffinitiōe vni' ꝛ multitudinis. ¶ Unde p̄z re-
17° spōsio ad 16m. ¶ Ad 17m dōz q̄ vnū qd̄ est p̄ncipiū nume
ri cōparat̄ ad multitudinē: vt mēsura ad mēsuratuz. Qd̄
quidē vnū positiue aliquid supra subaz addit: vt dcm̄ ē.

Ad arm in ꝯriuz **Ad ea** que in oppositū obyciunt̄ s̄z p̄missa facile est
respōdere ꝯsiderātib' s̄z q̄d veritatē ꝯcludāt.
vnū tn̄ qd̄ in illis obiectionib' tāgebat̄ cōsiderādū est q̄
hm̄ p̄ma. s. cēntia: vnitas: veritas: ꝛ bonitas: denominant
seipsa ea rōne: q: vnū veꝝ ꝛ bonū cōsequunt̄ ad ens. Cū
autē ens sit p̄mū qd̄ in itellectu cōcipit̄: oꝫ q̄ q̄cq̄d in in-
tellectu cadit: itelligat̄ vt ens: ꝛ per ꝯsequēs vt vnū veꝝ
ꝛ bonū. Unde cū itellectus apprehēdat essentiā: vnitatē
veritatē: ꝛ bonitatē: in abstracto: oꝫ q̄ de quolibz eoꝝ
predicetur ens ꝛ alia tria ꝯcreta. Et inde est q̄ ista deno
minēt seipsa: nō aūt alia que nō ꝯuertunt̄ cuz ente.

¶ Utruz in deo sit aliqua diuersitas.

Octauo querit̄ vtrū in deo sit aliqua di
uersitas. ¶ Et videt̄ q̄ sic. Cū 1m
s̄m ph'z in 5° metaphy. vnū in substātia facit
idez. multitudo aūt in substātia facit diuersū
In diuinis aūt est multitudo s̄m subaz: dicit
eniz Hyl. in li. de synodis. q̄ p̄r ꝛ filius ꝛ sp̄us san. sunt p̄
subam tria per ꝯsonātiā vero vnū. ergo in diuinis est di-
uersitas. ¶ P̄. s̄m ph'm in 10° metaphy. diuersum dr̄ ab- 2m
solute: differēs vero relatiue. vnde oē differēs est diuer-
sum: nō aūt oē diuersum est differēs. S̄z in diuinis cōce-
dit̄ esse dr̄ia. Dicit. n. Dam. dr̄ia personaꝝ in trib' p̄prieta
tibus. i. paternali ꝛ filiali: ꝛ p̄cessibili recognoscimus. ḡ
in diuinis est diuersitas. ¶ P̄. differētia accidētalis fa- 3m
cit alteꝝ soluz: differētia vō subalis facit aliud. i. diuersū
Cū ergo in diuinis sit dr̄ia: ꝛ nō possit ibi esse accidētalis
dr̄ia: ꝛ per ꝯn̄s oꝫ q̄ sit differētia subalis: oꝫ q̄ sit ibi di-
uersitas. ¶ P̄. multitudo cātur ex diuisione: sicut iaz di- 4m
ctuz est. vbi aūt est diuisio: sequit̄ diuersitas. ḡ in diuinis
cū sit multitudo: erit ibi diuersitas. ¶ P̄. idez ꝛ diuersū 5m
sufficiēter diuidūt ens. Sed pater nō est idez filio. Non
eniz cōceditur q̄ pater generādo filiū generet se deuz ḡ fi
lius est diuersus a patre.

Sed contra est qd̄ Hyl. dicit in 7° d̄ trini. Nihil ꝯ p̄
in diuinis nouū: nihil diuersum: ni-
hil alienū: nihil separabile. ¶ P̄. Ambro. dicit in lib. de 2°
trini. pater ꝛ filius diuinitate vnū sunt. Nec est ibi sube
differētia: nec vlla diuersitas.

Respondeo. dōm q̄ sicut dicit Hiero. ex v̄bis i- R̄so
ordinate p̄latis icurrit̄ heresis. Et
iō sic loq̄ndū est de diuinis: vt nulla errori occasio p̄beat-
tur. Fuerūt aūt circa diuina duo errores p̄cipue cauēdi ab Error
illis q̄ de vnitate ꝛ trinitate in diuinis loquunt̄. s. error Ar arry
rij: q̄ vnitatē eēntie negauit: ponēs aliā eēntiā esse p̄ris: ꝛ
aliā filij. Alius error est Sabellij: q̄ negauit pluralitatez Error
p̄sonaꝝ: dicēs eūdē eē patrē q̄ est filius. ¶ Ad euitādū ḡ sabellij
errorē Arrij sunt nobis q̄tuor cauēda in fidei ꝯfessione.
Primo diuersitas: per quā tollit̄ vnitas eēntie: quā cōfi-
temur dicēdo esse vnū deū. 2° diuisio: que obuiat diuine
simplicitati. 3° disparitas: que repugnat eq̄litati diuinaꝝ
p̄sonaꝝ. 4° vt nō cōfiteamur filiū eē alienū a patre: p̄ qd̄
tollit̄ silitudo. Silr̄ ꝯ errorē Sabellij sūt q̄tuor cauēda.
Primo singularitas: p̄ quā tollit̄ nāe diuine cōicabilitas.
2° nomē vnici: per qd̄ tollit̄ realis distictio p̄sonaꝝ. 3° cō-
fusio: per quaz tollit̄ ordo: q̄ est in diuinis p̄sonis. 4° solitu-
do. per quā tollit̄ cōsociatio diuinaꝝ p̄sonaꝝ. Confitemur
aūt ꝯ diuersitatē: vnitatē eēntie: ꝯ diuisionez: simplicita-
tez: ꝯ disparitatē: eq̄litatē: ꝯ alienū: silitudinez: ꝯ singula
ritatem: personaruz pluralitatem: cōtra vnicum: distin-
ctionem: cōtra cōfusionē: discretionem; cōtra solitariuz:
consonantiam ꝛ cōnexionem amoris.

Ad primuz ergo dicēduz q̄ substantia accipitur Ad p̄m
ibi pro hypostasi: non p̄ essentia: cui'
multitudo faceret diuersitatē. ¶ Ad scd̄z dōm q̄ licet a 2m
q̄buisdā doctorib' ecclesie iueniat̄ nomē dr̄ie circa diuina:
nō tn̄ est cōiter vtēdū nec āpliādū: q: dr̄ia iportat distin
ctionē aliq̄ s̄z formā: que nō pōt eē in diuinis: cū forma di
sit diuina nā: vt Augu. dicit: sed exponēda est dr̄ia: vt po-
nat̄ pro distictiōe: que minimū distictiōis iportat. Cū ēt
s̄m relatiōes: vel s̄m solā rōnez aliqua distingui dicant̄.
Sic etiā exponēduz est si iueniat̄ diuersitas in diuinis.

vtpote si dicat̃ ꝙ diuersa est persona patris a ꝑsona filij:
accipiẽduꝫ est diuersuꝫ pro distincto. Magis tñ cauẽdũ
nomẽ diuersitatis in diuinis q̃ dr̃ie: qꝛ diuersitas magꝭ
pertinet ad essentialẽ diuisionẽ. Nã qualiscũqꝫ formarũ
multitudo: facit differẽtiã. Diuersitas aũt fit soluꝫ ꝑ for-
3ᵒ mas sub̃ales. ¶ Ad 3ᵐ dõm ꝙ licꝫ in diuinis non sit acci
dens: est tñ ibi relatio: cui᷒ oppositio distinctioneꝫ facit in
4ᵐ diuinis: nõ aũt diuersitatẽ. ¶ Ad 4ᵐ dõꝫ ꝙ licet in diui
nis nõ sit ꝓprie loquẽdo diuisio: est tñ ibi distinctio per re
5ᵒ lationes: que sufficit ad numer̃ personar̃. ¶ Ad q̃ntuꝫ
dõm ꝙ filius est idẽ deus cum patre. nõ tñ põt dici ꝙ pa
ter se deũ genuerit: filiũ generãdo. qꝛ ly se: cuꝫ sit recipro
cum: refert idem suppositum. pater autem et filius sunt
duo supposita in diuinis.

¶ Utr̃ in dinis sint tres ꝑsone tm̃. an pl̃es vl̃ pauciores.

NONO queritur vtr̃ in diuinis sint tres ꝑ-
sone tm̃: an plures vel pauciores.
8ᵐ ¶ Et videt̃ ꝙ plures. Dicit. n. Aug. in li. ꝯtra
Maximinũ. Filius nõ genuit creatorẽ. Ne-
qꝫ eniꝫ nõ potuit: sed nõ oportuit. In diuinis
aũt nõ differt esse ⁊ posse: qꝛ nec in aliq̄b᷒ sempiternis sꝫ
ph̃m in 3ᵒ phy̆si. ergo filius genuit aliũ filiũ: ⁊ sic sũt duo
filij in diuinis: ⁊ per ꝯñs plures ꝑsone q̃ tres. ¶ Sꝫ di-
ceret̃ ꝙ hoc qd̃ dicit: neqꝫ nõ potuit: exponẽdum est. i. nõ
2ᵐ ex impotẽtia fuit. ¶ Sed cõtra. vnicuiqꝫ supposito ali-
cuius nature cõuenit actus nature illi᷒: nisi ꝓpter ei᷒ im-
potẽtiã. Generatio aũt est actus ad ꝑfectionẽ nature di-
uine pertinẽs: alioquin nõ ꝯueniret patri: in quo non est
nisi qd̃ ꝑfectiõis est. Si ergo filius nõ generat aliũ filiũ:
3ᵐ hoc erit ex ĩpotentia ei᷒. ¶ P̃. si filius nõ põt generare:
põt aũt generari: h̃abꝫ ergo potẽtiã vt generet̃: nõ poten
tiaꝫ vt generet. Aliud aũt est generare: ⁊ aliud generari.
Cuꝫ ergo potẽtie distinguãt̃ penes obiecta: nõ erit eadẽ
4ᵐ potẽtia patris ⁊ filij: qd̃ est hereticũ. ¶ P̃. actio ⁊ passio
in his que agunt ⁊ patiunt̃ reducunt̃ ad diuersa p̃ncipia
Nã agit aliq̃d per rõnẽ forme in reb᷒ creatis: patit̃ vero
rõne mãe. Generare autẽ ⁊ generari significant̃ per mo-
dum actionis ⁊ passionis. ergo opꝫ ꝙ ad diuersa pricipia
referant̃. Et sic nõ põt eẽ vna potẽtia qua pater generat:
⁊ qua filius generat̃. ¶ Sꝫ diceret̃ ꝙ est eadeꝫ potẽtia:
inq̃tũ vtraqꝫ radicat̃ in essentia diuina. que vna est p̃ris
5ᵐ ⁊ filij. ¶ Sed ꝯ. potẽtia calefaciẽdi ⁊ desiccãdi radican
tur in vno subiecto. s. igne: nec tñ est vna ⁊ eadẽ potentia
Alia. n. q̃litas erit calor qui est p̃n᷑ calefaciẽdi: ⁊ alia sic-
citas que est p̃ncipiũ desiccãdi. ergo vnitas diuine essen
tie nõ sufficit ad hoc ꝙ sit eadem potẽtia qua pater gene
6ᵐ rat ⁊ filius generat̃. ¶ P̃. oĩs sapiẽs ⁊ itelligẽs: ex sua sa-
pientia aliquã ꝯceptionẽ h̃z. Sed filius est sapiẽs ⁊ itel-
ligens sicut ⁊ pater. ergo h̃z aliquã ꝯceptionẽ. Conceptio
aũt patris est verbũ: qd̃ est filius. ergo filius ẽt h̃z alium
filiũ. ¶ Sꝫ diceret̃ ꝙ verbũ dr̃ in diuinis nõ solũ perso
naliter: sed essentialr̃. Et sic verbũ eẽntialr̃ dcm̃ põt esse
7ᵐ cõceptio filij. ¶ Sed ꝯ. verbũ dicit spẽz cõceptã ordina
tam ad manifestationẽ: ⁊ ita importat originẽ. Que aũt
importãt originẽ in diuinis: dicunt̃ ꝑsonalr̃: ⁊ nõ eẽntia-
8ᵐ liter. ergo verbũ essentialr̃ dici nõ põt. ¶ P̃. Ansel. dicit
in monologiõ: ꝙ sicut pater dicit se: ita ⁊ filius ⁊ spũs san
ctus. Idẽ aũt est p̃reꝫ dicere se qd̃ gnãre filiũ: vt ipse ibi-
9ᵐ deꝫ dicit. ergo fili᷒ gnãt aliũ filiũ: ⁊ sic idẽ qd̃ pri᷒. ¶ P̃.
ex hoc ꝓbatur ꝙ deus generet: qꝛ generationeꝫ alijs tri-
buit: s̃m illud Isai. vlti᷒. Si ego qui gñõnem ceteris tri-
buo sterilis ero. dicit dñs. Sicut autẽ pater dat gñõneꝫ:
ita ⁊ filius: qꝛ idiuisa sunt opa trinitatis. ergo ⁊ filius ge-
10ᵒ nerat filiũ. ¶ P̃. Aug᷒. dicit in lib. ad Orosium: ꝙ pater
gnãt filiũ nã. Dam. ẽt dic̃ ꝙ gnõ est op᷒ nãe. Eadem aũt

est nã p̃ris ⁊ filij. g̃ sicut p̃r gnãt: ita ⁊ fili᷒. Sũt g̃ pl̃es fi-
lij in dinis: ⁊ ita pl̃es ꝑsone q̃ tres. ¶ Sꝫ dice. ꝙ ea rõne
nõ pñt esse plures filij in diuinis: qꝛ nõ põt ibi eẽ nisi vna
filiatio. Forma. n. vni᷒ spẽi nõ multiplicat̃ nisi ꝑ diuisio-
nẽ mãe: q̄ nulla ẽ in dinis. ¶ Sꝫ ꝯ. oĩs dr̃ia nata est face xi
re pluralitatẽ. põt aũt eẽ dr̃ia iter duas filiatiões: nõ solũ
ex mã: sꝫ ẽt ex h̃ ꝙ hec filiatio est talis: illa võ talis. g̃ ni-
hil ꝓhibꝫ pl̃es filiatiões ponere in diuinis: licꝫ ibi nõ sit
mã. ¶ P̃. fili᷒ ꝓcedit a p̃re sicut splẽdor a sole: s̃m illud 12ᵐ
Hebr̃. p. cũ sit splẽdor glĩe. Sꝫ splẽdor ẽt põt aliũ splẽdo
reꝫ ꝓducere. g̃ ⁊ fili᷒ põt aliũ filiũ gnãre. Et sic seq̄t̃ ꝙ in
diuinis sint plures filij: ⁊ ꝑsone pl̃es trib᷒. ¶ P̃. spũs sã. 13ᵐ
est amor quo p̃r diligit filiũ. Sꝫ ẽt spm̃ scm̃ amat p̃r. g̃ oꝫ
ꝙ sit ali᷒ spũs quo p̃r amat spm̃ scm̃. Et sic q̃tuor sũt ꝑso-
ne in diuinis. ¶ P̃. sꝫ diony᷑. bonũ ẽ cõicatiuũ sui. Bo- 14ᵐ
nitas aũt spũi scõ approp̃at̃: sicut potẽtia p̃ri: ⁊ sapiẽtia fi
lio. g̃ ꝓprijssime ad spm̃. s. ꝑtinere vr̃ ꝙ nãꝫ dinã alij ꝑso-
ne cõicet: ⁊ sic sũt pl̃es trib᷒ ꝑsonis ĩ dinis. ¶ P̃. s̃m ph̃z ĩ 15ᵒ
4ᵒ metheoror̃. ꝑfectuꝫ vnuq̄dqꝫ est q̃ñ põt sibi sil̃e ex se
ꝓducere. Spũs aũt sanct᷒ est ꝑfect᷒ deus. g̃ põt aliã diui
nã ꝑsonã ꝓducere. g̃ ⁊c̃. ¶ P̃. fili᷒ a p̃re diuinã nãꝫ nõ re 16ᵐ
cipit ꝑfecti᷒ q̃ spũs scũs. Recipit aũt fili᷒ a p̃re dinã nãꝫ
nõ solũ passiue: (vt ita dixeriꝫ) q̃si ab eo gẽit᷒: sꝫ ẽt actiue:
qꝛ põt eãdeꝫ nãꝫ alij cõicare. g̃ ⁊ spũs san. diuinã nãꝫ põt
alij ꝑsone cõicare. ¶ P̃. qd̃ est ꝑfectiõis in reb᷒ creatis: 17ᵒ
oꝫ deo attribui. Cõicare aũt nãꝫ ad ꝑfectionẽ ĩ reb᷒ crea
tis ꝑtinet: lꝫ modus cõicandi aliquã iperfectioneꝫ h̃eat:
inq̃tũ talẽ cõicationẽ ꝯseq̄t̃ aliq̃ diuisio vl̃ aliq̃ trãsmu-
tatio gnãntis. g̃ cõicare dinã nãꝫ ẽ ꝑfectiõis ĩ deo. Et ita
spũi scõ est attribuẽduꝫ. ꝓcedit g̃ a spũ scõ aliqua diuina
persona: ⁊ sic sequitur ꝙ in diuinis sint ꝑsone plures tri-
bus. ¶ P̃. sicut diuinitas est quoddã bonuꝫ in patre: ita 18ᵐ
⁊ paternitas. Ex eo autẽ ꝙ nullius boni sine cõsortio po-
test esse iocunda possessio: probatur a quibusdam ꝙ sunt
plures habentes diuinaꝫ naturaꝫ. ergo pari ratione sunt
plures patres ĩ diuinis. Et similiter plures filij: ⁊ plures
spũs sci. Et ita ꝑsone plures tribus. ¶ Preterea. filius ⁊ 19ᵐ
spũs vident̃ distingui abinuicem in hoc ꝙ fili᷒ ꝓcedit a
patre per modũ intellectus: vt verbũ: spũs scũs per mo-
dũ volũtatis: vt amor. Sunt autem plura attributa essen-
tialia q̃ voluntas ⁊ itellectus: vt bonitas: potentia: ⁊ h᷒.
ergo plures persone ꝓcedũt a patre q̃ filius ⁊ spirit᷒ san-
ctus. ¶ Preterea. ꝓcessio nature plus videt̃ differre a 20ᵐ
ꝓcessione intellectus q̃ ꝓcessio volũtatis. In rebus au-
tem creatis ꝓcessionem itellectus semper cõcomitatur
ꝓcessio volũtatis: quia quecũqꝫ aliquid intelligant etiã
aliquid volũt. ꝓcessionem aũt nature nõ semper ꝯcomi-
tatur ꝓcessio intellectus: qꝛ nõ in oĩbus que naturaliter
generãt itellectus iuenitur. Si ergo persona que ꝓcedit
per moduꝫ volũtatis vt amor: est alia in diuinis a perso-
na que ꝓcedit per modũ itellectus vt verbũ: etiã erit ꝑ-
sona que procedit per moduꝫ itellect᷒ vt v̄bũ alia a perso
na que ꝓcedit per modũ nature vt fili᷒. Sunt ergo tres
persone ꝓcedentes in diuinis: ⁊ vna non ꝓcedens. Et sic
sunt quattuor persone. ¶ Preterea. persone multiplicã 21ᵐ
tur in diuinis ꝓpter relatiões que subsistũt. ponũtur aũt
in diuinis q̃nqꝫ relatiue notiões. s. p̃nitas: filiatio: ꝓces-
sio: inascibilitas: ⁊ cõis spiratio. Sunt g̃ q̃nqꝫ ꝑsone in di
uinis. ¶ Preterea. relatiões que ab eterno de deo dicũ- 22ᵐ
tur: nõ sunt in creaturis: sed in deo. Quicq̃d autem est in
deo est subsistens: cum in deo non sit aliquod accidens.
Omnes ergo relationes que ab eterno deo conueniunt
sunt subsistẽtes. ⁊ per cõsequens sunt persone. Tales aũt
sunt infinite. Nam ydee rerum creatarũ ab eterno sunt
in deo: que nõ distiguuntur abinuicẽ nisi per respect᷒ ad

23m creaturas. Sunt ḡ infinite p̄sone in diuinis. ¶ Sed cō-
tra. videt̄ ꝙ sint pauciores trib⁹. In vna eniꝫ natura: nō
est nisi vnus modus cōicationis illius nature. vnde fm
cōmē. in 8° phẏsicoꝝ. Animalia que generant̄ ex semie:
nō sunt vnius spēi cū animalib⁹ ex putrefactione genera-
tis. Diuina aūt natura est maxime vna. ḡ nō pōt cōicari
nisi vno modo. Sic ergo nō possunt esse nisi due persone
Una diuinitatē cōicans per aliquem modū: ꝛ persona ꝑ
24m illū modū diuinitatē recipiēs. ¶ P̄. Hyl. in lib. de syno-
dis ostēdit filiū naturalr̄ a patre ꝓcedere: qꝛ talis existit
qualis deus est. Creaturas vero a deo ꝓcedere volunta-
rie: qꝛ tales sunt quales eas voluit de⁹ esse: non qualis est
deus. Sed spūs sanct⁹ sicut ꝛ fili⁹ talis est qualis est de⁹
pater. ḡ spūs. s. ꝓcedit naturalr̄ a p̄re sicut ꝛ filius. Nō ḡ
est distinctio īter spūm scm̄ ꝛ filiū ex eo ꝙ filius ꝓcedit
25m per modū nature: nō aūt spūs scūs. ¶ P̄. natura volūta-
tis ꝛ ītellectus: nō differūt in deo nisi fm rōnē tātū. ergo
ꝓcessio per modū nature ꝛ ītellectus: ꝛ volūtatis: nō dif
ferūt in deo nisi rōne tm̄. Si ḡ per hoc distinguunt̄ fili⁹
ꝛ spūs sanct⁹ ꝙ vnus ꝓcedit per modū nature vel ītelle-
ctus: ꝛ alius per modū volūtatis: nō erūt distincti nisi ꝫ
rōneꝫ. ḡ nō erūt due persone: cū pluralitas p̄sonaꝝ reruꝫ
26m pluralitatē iportet. ¶ P̄. persone in diuinis distinguun-
tur solū ꝫ relatiōes originis. Ad designādā aūt originē
sufficiūt due relatiōes. s. a quo alius: ꝛ qui ab alio. ḡ in di-
27m uinis nō sunt nisi due p̄sone. ¶ P̄. oīs relatio exigit duo
extrema. Sicut ḡ in diuinis p̄sone nō distinguuntur nisi
fm relationē: opꝫ ꝙ sint in diuinis vel due relatiōes. Et
sic erunt quatuor persone: vel vna relatio tantum. Et sic
erunt soluꝫ due persone.

3p Sed contra. videtur ꝙ sint tm̄ tres p̄sone in di-
uinis per hoc qḋ dicitur p̄me Jo. 5.
Tres sunt qui testimoniū dat in celo. Interrogātib⁹ aūt
quid tres: respōdit ecclia: ꝙ tres persone: vt dicit Aug. 7°
2. de trini. ḡ in diuinis sunt tres p̄sone. ¶ P̄. ad perfectio-
neꝫ diuine bonitatis felicitatis ꝛ glorie: reqritur ꝙ sit in
deo vera ꝛ perfecta charitas. Nihil eni est charitate me-
lius: nihil charitate perfecti⁹: vt dicit Ricar. in 3° de tri.
Felicitas aūt absq; iocūditate nō est: que maxime ꝑ cha
ritatē habet̄. Ut. n. in eodem li. dicit̄: nihil charitate dul
cius: nihil charitate iocūdius: charitatis delicijs rōnalis
vita nil dulcius expit̄: nulla delectatione delectabilius
fruit̄. perfectio etiā glorie in quadā magnificētia perfe-
cte cōicatiōis ꝯsistit quā charitas facit. vera aūt ꝛ perfe
cta charitas reqrit in diuinis trinariū numerū p̄sonarū.
Amor eniꝫ quo aliquis se tm̄ diligit: est amor priuatus: ꝛ
nō charitas vera. Aliū aūt sūme deus diligere non pōt: ꝗ
nō sit sūme diligibilis. Nec sūme diligibilis est: nisi sit
sūme bonus. Unde pꝫ ꝙ vera charitas in deo sūma esse
nō pōt: si sit ibi tātū vna p̄sona. Nec etiaꝫ perfecta: si sint
due tātū: qꝛ ad perfectionē charitatis requirit̄ ꝙ amās
velit id qḋ ab eo amat̄ etiā eque ab alio diligi. Indiciuꝫ
nāq; magne īfirmitatis est: nō posse pati ꝯsortiū amoris:
posse vero pati: signū magne perfectionis. Magis gratā
ter suscipere: maximo est desiderio reqrere: vt dicit Ri-
car. in eodē li. Opꝫ ḡ si sit in deo ꝑfectio bonitatis felici-
tatis ꝛ glorie: ꝙ sit in diuinis trinarius personaꝝ nume-
3. rus. ¶ P̄. cū bonū sit cōicatiuū sui: perfectio diuine bo-
nitatis reqrit ꝙ deus sūme sua cōicet. Si aūt esset tātuꝫ
vna persona in diuinis: nō sūme cōicaret suā bonitatem.
Creaturis. n. nō sūme cōicat. Si vero essent solū due p̄so
ne: nō cōicarent̄ perfecte delitie mutue charitatis. opꝫ ḡ
esse secūdaꝫ personā: cui ꝑfecte cōicetur diuina bonitas:
ꝛ tertiā cui ꝑfecte cōmunicent̄ diuine charitatis delitie.
4. ¶ P̄. ad amoreꝫ tria requirunt̄. s. amās: id qḋ amatur: ꝛ
ipse amor: vt Aug⁹. dicit in 8° de trini. Duo auteꝫ mutuo
se amātes: sunt pater ꝛ filius. Amor auteꝫ qui est eorum
nexus: est spiritus sanctus. Sunt ergo tres persone in di
uinis. ¶ P̄. sicut Ricardus dicit in 5° de trini. In rebus 5.
hūanis videm⁹ ꝙ persona de personis procedit tribus
modis. Qn̄q; imediate tm̄: sicut Eua de Adā. Qn̄q; me-
diate tm̄: sicut Enoch d̄ Adā. Qn̄q; imediate ꝛ mediate
sil: sicut Seth de Adā: imediate inq̄ꝫtū eius fili⁹ fuit: me
diate v̄o inq̄ꝫtū fuit fili⁹ Eue: q̄ ab Adā ꝓcessit. In diuis
aūt nō pōt ꝓcedere p̄sona de p̄sona mediate tm̄: quia nō
eēt ibi sūma germanitas. Relinq̄t̄ ḡ ꝙ in diuinis sit vna
p̄sona que nō ꝓcedit ab alia. s. p̄sona p̄ris: a qua ꝓcedunt
alie p̄sone. vna imediate tm̄. s. fili⁹. Alia mediate sil ꝛ im
mediate. s. spūs scūs q ex patre filioq; ꝓcedit. ḡ ē p̄sona-
rū trinari⁹ in diuis. ¶ P̄. inter dare plenitudinē diuini- 6.
tatis ꝛ nō accipere: ꝛ accipere ꝛ nō dare: mediuꝫ est dare
ꝛ accipere. Dare autē plenitudinē diuinitatis ꝛ nō acci-
pere: pertinet ad personā patris: accipere v̄o ꝛ nō dare: ꝑ-
tinet ad personā spūs scī. opꝫ ḡ eē tertiā p̄sonā que plenitu
dineꝫ diuinitatis ꝛ det ꝛ accipiat. Et hec est persona filij
Sunt ḡ tres p̄sone in diuinis.

Respondeo. dicēꝫ ꝙ ꝫ pōnē hereticoꝝ nullo mō Rño
pōt poni cert⁹ p̄sonaꝝ nūerus in di
uinis. Intellexit. n. Arri⁹ p̄sonaꝝ trinitateꝫ h mō ꝙ fili⁹
ꝛ spūs scūs eēnt q̄dā creature. Qḋ ēt Macedoni⁹ de spū
scō sensit. ꝓcessio aūt creaturaꝝ a deo nō de necītate cer
to nuō termiat̄: cū diua v̄t⁹ ex sua ifinitate h hēat: ꝙ oēꝫ
creature modū spēꝫ ꝛ nūerū excedat. Un̄ si de⁹ p̄r omp̄s
creauit duas excellētissimas creaturas: q̄s Arri⁹ dicit fi-
liū ꝛ spūꝫ scm̄ nō est remotū qn alias eq̄les v̄l etiā maio
res creare poterit. Sabellius aūt posuit ꝙ p̄r ꝛ fili⁹ ꝛ spi- pō Sabelly
ritus sanctus nō distinguunt̄ nisi nomine ꝛ rōne. Que ēt
pꝫ in ifinitū posse multiplicari: fm ꝙ rō nostra infinitis
modis de deo cogitare pōt ex varijs effectib⁹: ꝛ eum di-
uersimode nominare. Sola aūt catholica fides q̄ ponit pō fidei
vnitatē diuine nature in personis realiter distinctis: tri-
narij numeri potest rationē in diuinis assignare. Impos-
sibile enim est ꝙ vna natura simplex sit nisi in vno sicut
in p̄ncipio. Un̄ Hyl. dicit in li. de synodis: ꝙ qui cōfitet̄
in diuinis duos inascibiles: cōfitet̄ duos deos. Unū eni
deū p̄edicari natura vni⁹ inascibilis dei exigit. Un̄ ꝛ q̄-
daꝫ phi dixerunt ꝙ in rebus que sunt sine mā: nō potest
esse pluralitas nisi fm originem. Una eniꝫ natura pōt in
plurib⁹ esse ex equo ꝓpter materie diuisionē: que in deo
locū nō hꝫ. Un̄ ipossibile est ponere in diuinis nisi vnaꝫ
personā inascibileꝫ: que ab alio nō ꝓcedat. Si aūt ab eo
alie persone ꝓcedant: opꝫ ꝙ hoc sit per aliquā actioneꝫ.
Nō autē per actionē trāseuntē in id qḋ est extra agēteꝫ:
sicut calefacere vel secare sunt actiones ignis ꝛ ferre: et
creatio ipsius dei. Quia sic persone ꝓcedētes eēnt extra
naturā diuinam. Relinquit̄ ergo ꝙ ꝓcessio personaruꝫ
in vnā naturā diuinaꝫ nō fit nisi fm operatiōes que non
trāseūt extra: sed manent in operāte. He autē in natura
intellectuali sunt solum due. s. intelligere ꝛ velle. Scdm
autē vtrāq; earꝫ inuenitur aliquid ꝓcedens: cum he ope
rationes perficiūtur. Ipsum eniꝫ ītelligere non perficit̄
nisi aliquid in mēte ītelligētis concipiat̄: qḋ dicitur ver-
bum. Nō. n. dicimur ītelligere: sed cogitare ad ītelligen-
dū anteq̄ꝫ cōceptio aliqua in mēte nostra stabiliat̄. Silr̄
etiam ipsum velle perficitur in amore ab amāte per vo-
luntatem ꝓcedēte: cū amor nihil sit aliud q̄ꝫ stabilimen
tum volūtatis in bono volito. Uerbum auteꝫ ꝛ amor in
creatura quideꝫ nō sunt p̄sone subsistētes in natura ītel-
ligēte ꝛ volēte. Intelligere. n. ꝛ velle creature nō est esse
ei⁹. Un̄ verbū ꝛ amor: sunt quedā superueniētia creature.

intelligēti ꝛ volēti: sicut accidētia quedaȝ. Cū aūt in deo idem sit esse itelligere ꝛ velle: necessariū est ꝙ verbum ꝛ amor in deo nō accidāt: sed subsistāt in nā diuina. Non aūt est in deo nisi vnū simplex itelligere: ꝛ vnuȝ simplex velle: qꝛ itelligēdo cēntiā suā itelligit oīa: ꝛ volēdo bonitateȝ suā vult oīa que vult. Nō est ḡ nisi vnuȝ verbum ꝛ vnus amor in diuinis. Ordo aūt itelligēdi ꝛ volendi alr se hȝ in deo ꝛ nobis. Nos. n. cognitionem intellectiuaȝ a rebus exteriorib⁹ accipimus. per volūtatē vero nostram in aliquid exterius tendim⁹ tāq̄ȝ in fineȝ. Et ideo intelligere nostrū est ſm motū a rebus in aīam: velle vero ſm motū ab aīa ad res. Deus aūt nō accipit sciētiaȝ a rebus sed per sciētiā suā causat res. Nec per volūtatē suā tēdit in aliquid exterius: sicut in finē. Sed oīa exteriora ordinat in se sicut in finē. Est ergo tā in nobis q̄ȝ in deo circulatio quedā in operationib⁹ intellectus ꝛ volūtatis. Nā volūtas redit in id a quo fuit ṗncipiū itelligēdi. Sed in nobis cōcluditur circulus ad id qd̄ est extra: dū bonum exterius mouet itellectū nostrū: ꝛ itellectus mouet volūtatem: ꝛ volūtas tendit per appetitū ꝛ amoreȝ in exteri⁹ bonū. Sed in deo iste circulus clauditur in seipso. Nam deus intelligēdo se cōcipit verbum suum: qd̄ est etiaȝ ratio omniū itellectoꝝ per ipsuȝ: ꝑpter hoc ꝙ oīa itelligit intelligēdo seipsuȝ: ꝛ ex hoc verbo ꝓcedit in amorē oīuȝ ꝛ sui ipsius. Unde dixit qdaȝ ꝙ monos monadē genuit: ꝛ in se suū reflexit ardorē. postq̄ȝ vero circulus cōclusus est: nihil vltra addi pōt. Et ideo nō pōt sequi tertia ꝓcessio in nā diuina: sed sequit̄ vlterius ꝓcessio in exteriorē nām. Sic ergo opȝ ꝙ in diuinis sit vna tm̄ persona non ꝓcedēs: due sole ꝑsone ꝓcedentes: quaꝝ vna persona ꝓcedit vt amor: ꝛ alia vt verbum. Et sic est ꝑsonaꝝ trinarius numerus in diuinis. Cuius qdeȝ trinarij silitudo in creaturis apparet tripliciter. Primo qdeȝ sicut effectus representat cām. Et hoc modo ṗncipiuȝ totius diuinitatis. s. pater repn̄tatur per id qd̄ est primū in creatura. s. ꝑ hoc qd̄ est in se vna subsistēs. verbuȝ vero per formā cuiuslibet creature. Nā in his que ab itelligēte agunt̄: forma effectus a cōceptiōe intelligētis deriuatur. Amor vō in ordine creature. Nā ex eo ꝙ deus amat seipsuȝ: oīa ordine quodaȝ in se cōuertit. Et ideo hec similitudo dicit̄ vestigij: qd̄ representat pedē sicut effectus causam. Alio modo ſm eādeȝ rōnē operationis. Et sic representat̄ in creatura rōnali tm̄: que potest se itelligere ꝛ amare sicut ꝛ deus: ꝛ sic verbū ꝛ amorē sui ꝓducere. Et hec dr̄ similitudo naturalis imaginis. Ea. n. imaginē alioꝝ gerunt: que similez spēm preferūt. 3°. modo per vnitatē obiecti: inq̄ȝtuȝ creatura rōnalis itelligit ꝛ amat deū. Et hec est quedam vnionis cōformitas: que in solis sanctis inuenitur: qui idem intelligunt ꝛ amāt qd̄ deus. De pma qdē similitudine dicit̄ Job. xi°. Forsitan vestigia dei cōprehēdes. De scda. Gen. pmo. Faciam⁹ hominē ad imaginē ꝛ similitudinē nostram. Et hec dr̄ imago creatiōis. De 3ª. 2ª ad Cor. 3. Nos. n. oēs reuelata facie glā dn̄i speculātes i eādē imaginē trāsformamur. Et hec dr̄ imago recreatōis.

ad p^m **Ad primuȝ** ergo dōm ꝙ ideo dicit Aug. ꝙ nō est dōm ꝙ filius nō potuit generare: ſȝ nō oportuit: qꝛ nō ex impotētia filij est ꝙ non generat: vt hoc qd̄ dicit nō potuit sumat̄ priuatiue et nō simpliciter negatiue. per hoc aūt ꝙ dicit ꝙ nō oportuit significat ꝙ sequeret̄ incōueniēs si in diuinis filius aliū filium generaret. Qd̄ quidē incōueniēs ex q̄tuor pōt ↄsiderari. Primo quidē: qꝛ cum filius in diuinis ꝓcedat vt verbum: si filius filiū generaret: sequeret̄ ꝙ in deo verbū ex verbo ꝓcederet. Qd̄ quidē esse nō pōt nisi in itellectu inquisitiuo ꝛ discursiuo: in quo verbū ex verbo ꝓcedit: dū ex consideratione vnius veritatis in alterius veritatis cōsiderationē ꝓcedit. Quod nullo modo conuenit ꝑfectionī ꝛ simplicitati itellectus diuini: q̄ vno intuitu oīa simul videt. 2°. qꝛ illud per qd̄ aliqd̄ indiuiduat̄ ꝛ incōicabile efficitur: ipossibile est plurib⁹ esse cōe. Id. n. per qd̄ sor. ē hoc aliquid: nec intelligi potest plurib⁹ inesse. Unde si filiatio in diuinis pluribus cōueniret: nō esset filiatio constituens incōicabileȝ filij personaȝ. Et ita oporteret ꝙ fili⁹ indiuidua ꝑsona cōstitueretur per aliquid absolutuȝ: qd̄ essentie diuine vnitati nō cōuenit. 3°. qꝛ nihil vnuȝ ſm spēm existēs: pōt ſm numerū multiplicari. nisi rōne materie. Et hac rōne in diuinis nō pōt esse nisi vna essentia. Quia diuina essentia est imaterialis oīno. Si aūt essent plures filij in diuinis oporteret etiā eē filiatiōes plures Et ita oporteret eas ſm mām subiectaȝ multiplicari: qd̄ diuine imaterialitati nō cōuenit. 4°. qꝛ filius dicit̄ aliquis ex hoc ꝙ naturaliter ꝓcedit: Natura aūt ad vnum se hahȝ determinate: nisi per accidēs ex aliquo naturaliter plura ꝓueniant ꝑpter mãe diuisionē. Et ideo vbi est oīno imaterialis natura: opȝ solum filiū vnū esse. ❡ Ad scdm dōȝ ꝙ dupliciter aliquid pōt esse nature alicuius. 2^m vno modo ſm ꝙ absolute cōsideratur. Et sic opȝ vt que ad aliquā naturam pertinēt cōueniant oībus suppositis in natura illius. Et sic ↄuenit nature diuine esse omnipotentē creatorem ꝛ alia hōi: que sunt cōia tribus personis. Alio modo pertinet aliquid ad nām ſȝ ꝙ ↄsideratur in aliquo vno supposito. Et sic nō opȝ ꝙ id quod conuenit nature: cōueniat cuilibet supposito illius nature. Sicut enim natura generis habet aliquid in vna specie: qd̄ alteri spēi nō ↄuenit: queadmodū ad naturā sensitiuaȝ cōsequunt̄ quedā in hoīe: non aūt in aīalibus brutis: vt habere excellētissimū tactuȝ: ꝛ reminisci: ꝛ alia hōi: ita etiaȝ aliquid pertinet ad naturam speciei: ꝓut est in vno indiuiduo: qd̄ nō cōuenit alij indiuiduo eiusdem spēi. Sicut patet ꝙ nature humane ꝓut fuit in Adam: ↄuenit ꝙ nō sit per generationem naturaleȝ accepta: quod tamen in alijs indiuiduis humane nature non inuenitur. Et per hūc modū posse generare: cōsequitur naturā diuinā ꝓut est in ꝑsona pr̄is. Qd̄ pȝ ex h̄ ꝙ pr̄ nō ↄstituit̄ ꝑsona icōicabilis: nisi ex ipsa paternitate: que cōpetit ei ſm ꝙ est generās. Et ideo nō sequit̄ ꝙ filius lȝ sit ꝑfectū suppositū diuine nature: possit generare. ❡ Ad 3ᵐ dōm ꝙ lȝ pater possit generare: nō aūt filius: nō tm̄ sequit̄ ꝙ potētiaȝ 3^m aliquā hahȝ pater quā nō hahȝ filius. Eadē eniȝ potētia est patris ꝛ filij: per quā ꝛ pater generat: ꝛ filius generatur. Nā potētia absolutū quiddam est. Et ideo non distiguitur in diuinis: sicut nec bonitas: nec aliquid sic dictū Generare vō ꝛ generari in diuinis nō significāt aliquid absolutū: sed solā relōneȝ in diuinis. Relōnes aūt opposite in vno ꝛ eodē absoluto cōicāt in diuinis ꝛ ipm̄ nō diuidūt. Sicut pȝ ꝙ in patre ꝛ filio est vna eēntia. vn̄ nec po⁹ distiguitur in diuinis. per h̄ ꝙ est ad gnāre ꝛ gnāri. Nō enim etiā in creaturis opȝ ꝙ ꝑ quācūq̄ȝ obiectoꝝ distictionem potētia distiguatur: sed per differētiam formalem obiectoꝝ: ꝛ que in eodeȝ genere accipiatur. Sicut potētia visiua nō distiguitur per hoc ꝙ est videre hominē ꝛ videre asinū: qꝛ ista dr̄ia nō est sensibilis: inq̄ātum est sensibile. Et silr in diuinis absolutū per relationē nō distiguitur. ❡ Ad 4ᵐ dōm ꝙ in oī operatiōe que trāsit 4^m ab agente in rem exteriorem: requiritur aliud pricipiuȝ in agente per qd̄ est agens: ꝛ aliud pricipium in patiente per quod est patiens. In operatione autē que nō transit in rem exteriorē: sed manet in operāte: nō requiritur nisi vnuȝ operatiōis principiuȝ. Sicut ad volēdum requiritur principium ex parte volentis: per qd̄ possit velle.

Jn creaturis aũt est generatio ꝭm operationẽ trãseuntẽ
in rez exteriorẽ. Unde oz ꝙ sit alia potẽtia actiua in ge-
nerãte: ⁊ alia passiua in generato. Sz generatio diuia at-
tendit ꝭz operationẽ: nõ quidez in aliquid exterius trã-
seuntẽ: sed interius manẽtez. i. ꝭm cõceptionẽ verbi. Uñ
nõ opz ꝙ alia sit potẽtia actiua in patre: ⁊ alia passiua in
5º filio. ℂ Ad qntũ dõm ꝙ calor ⁊ sapor ꝓut in se cõsiderã
tur sunt qualitates quedã. possunt tñ dici potẽtie ꝭm ꝙ
sunt actuũ quorũdã principia. vnde patet: ꝙ licet radix
ꝑma ⁊ remota que est subiectũ sit vna radix: tamẽ ꝓpin-
6m qua que est qualitas nõ est vna. ℂ Ad sextũ dicẽdum ꝙ
sicut pater est deus generãs: filius autez est deus genitᵘ:
ita dõm est ꝙ pater est sapiẽs vt cõcipiens: filius vero sa
piens vt verbũ ↄceptum. Filius enĩz in eo qð est verbũ:
est quedã cõceptio sapiẽtie. Sed qꝛ quicquid est in deo
est deus: opz ꝙ ipsa cõceptio sapiẽtie dei: sit deᵘ: ⁊ sapiẽs:
7m ⁊ potẽs: ⁊ quicquid aliud cõpetit deo. ℂ Ad septimũ di-
cẽduz ꝙ verbũ in diuinis nõ põt dici nisi personaliter si
ꝓpe accipiaꝛ. Nulla. n. alia origo ĩ diuinis eẽ põt nisi imã-
lis: ⁊ q̃ sit cõueniẽs ĩtellectuali nãe: q̃lis est origo verbi ⁊
amoris. vñ si ꝓcessio vbi ⁊ amoris nõ sufficit ad distictio
nem personalẽ ĩsinuãdam: nulla poterit esse ꝑsonalis di-
stinctio in diuinis. Uñ ⁊ Jo. tam in pricipio sui euãgelij
q̃z in ꝑma canõica sua noĩe verbi pro filio vtitur. Nec est
aliter loquenduz de diuinis q̃z sacra scriptura loquatur
8m ℂ Ad octauũ dõm ꝙ dicere potest dupliciter sumi. vno
modo ꝓprie ꝭm ꝙ dicere idẽ est qð verbuz cõcipere. Et
sic dicit Augᵘ. in 7º de trini. ꝙ nõ singulus quisq̃z in diui
nis: sed solus pater est dicẽs. Alio modo cõiter ꝓut dice-
re nihil est aliud q̃z ĩtelligere. Et sic dicit Ansel. ꝙ nõ so-
lum pater est dicẽs: sed etiaz filius ⁊ spiritus sanctus. Et
tamẽ licz sint tres dicẽtes: est vnũ solum verbũ qð est fi-
lius. Quia solus filius est cõceptio patris ĩtelligẽtis ⁊ cõ
9m cipiẽtis verbũ. ℂ Ad nonũ dicẽduz ꝙ nõ sequitur ꝙ sit
generatio in diuinis ex hoc soluz ꝙ tribuit generationẽ
alijs sicut causa effectiua: qꝛ pari rõne sequereꝛ ꝙ in deo
sit motus: qꝛ tribuit alijs motũ. Sequiꝛ aũt ꝙ sit in deo
generatio ex hoc ꝙ tribuit alijs generatiões vt causa ef-
fectiua ⁊ exẽplaris. pr̃ autẽ est exẽplar gñõnis vt gñãns:
10º sed filius vt genitus. vnde nõ opz ꝙ generet. ℂ Ad de-
cimũ dõm ꝙ generatio est opus diuine nature prout est
in ꝑsona pr̃is: vt supra dictũ est. Unde nõ opz ꝙ ↄueniat
11º filio. ℂ Ad vndecimũ dõm ꝙ cũ filiatio sit relatio cõse
quẽs determinatũ modũ originis. s. que est per modũ na
ture: ĩpossibile est ꝙ filiatio a filiatione differat dr̃ia for
mali: nisi forte ꝭm differẽtiam naturaꝝ que per genera-
tionẽ cõicãtur. Sicut potest dici ꝙ alia spẽs filiationis
est qua hic homo est filius: ⁊ qua hic equus est filius. Jn
diuinis aũt nõ est nisi vna natura. vñ nõ possunt ibi esse
plures filiatiões formalr̃ differẽtes. Et pz ẽt ꝙ nec ma-
terialiter. Et sic sequiꝛ ꝙ ibi sit tñ vna filiatio ⁊ vnus fi
12º lius. ℂ Ad 12m dicẽduz ꝙ vnus splẽdor ab alio splẽdore
ꝓcedit ex eo ꝙ lux diffũditur ad aliud subiectum. Et sic
pz ꝙ hoc fit per diuisionẽ mãlez: que nõ potest esse in di
13º uinis. ℂ Ad 13m dõm ꝙ vnũquodq̃z amatur inquãtũ est
bonuz. Uñ cũz vna ⁊ eadẽ sit bonitas patris ⁊ filij ⁊ spi-
ritus sancti: eodẽ amore qui est spũs scũs pr̃ diligit se: ⁊ fi
liuz ⁊ spũz scm̃ ⁊ totã creaturã: sicut eodẽ verbo qð est fi
14º lius dicit se: ⁊ filiũ ⁊ spũz scm̃: ⁊ totã creaturã. ℂ Ad 14m
dõm ꝙ bonitas est id ad qð terminatur operatio virtẽtis:
que manet in operãte. ꝑmo. n. ĩtelligitur aliquid vt verũ:
⁊ sic deinceps desideratur vt bonũ: ⁊ ibi sistit ⁊ q̃scit ope-
ratio ĩtranea: sicut in fine. Sz ex hic ĩcipit ꝓcessus ope-
ratiõis ad exteriora: qꝛ ex hoc ꝙ intellectus desiderat ⁊
amat aliq̃d precõsideratũ vt bonũ: ĩcipit exterius opari
ad illud. Unde ex hoc ipso ꝙ bonitas spiritui scõ appro-
priatur: cõuenienter accipi põt: ꝙ ꝓcessio diuiaꝝ ꝑsonaꝝ
vltra non porrigiꝛ: sed qð sequitur est processio creature
que est extra nãz diuinã. ℂ Ad 15m dõz ꝙ ĩter oẽs lineas 15º
linea circularis est ꝑfectior: qꝛ nõ recipit additionẽ. Uñ
hoc ipsum ad perfectionez spiritus sci ꝑtinet ꝙ sua pro-
cessione quasi quẽdã circulũ diuie originis cõcludit: vt
vltra iaz addi nõ possit: sicut supra iaz ostẽsuz est. ℂ Ad 16º
16m dõm ꝙ in hoc qð est accipere vel cõicare naturaz di-
uinaz: nõ attẽdiꝛ dr̃ia nisi soluz ꝭm relationes. Que q̃dẽ
dr̃ia ĩeq̃litatẽ perfectiõis ↄstituere nõ potest. qꝛ vt dicit
Augᵘ. cõtra Maximinũ: cũ queritur quis de quo sit: est
questio originis: nõ eq̃litatis vel ĩequalitatis. ℂ Ad 17m 17º
dõm ꝙ sicut cõicare diuinã nãm est perfectionis de pr̃e
in filio: ita perfecte accipere cõicatã est ꝑfectiõis in spũ
scõ. Et vtraq̃z perfectio nõ differt ꝭm quãtitatez: sed ꝭm
relationẽ: que inequalitatez nõ cõstituit: vt dictum est.
ℂ Ad 18m dõm ꝙ illud per qð aliqua persona est ĩcõica- 18m
bilis: nõ põt esse multis cõe: vt supra dictuz est. Unde ha
bere consortiũ in illo: nõ faceret iocũditatem: sed destru
ctionẽ distinctiõis personaꝝ. Uñ si pater in paternitate
haberet cõsortez in diuinis: sequereꝛ cõfusio ꝑsonaꝝ. Et
eadẽ ratio est de filiatiõe ⁊ processiõe. ℂ Ad 19m dõm ꝙ 19m
alia attributa nõ habẽt operationem ĩtriseca: ꝭm quã
possit attẽdi ꝓcessus diue ꝑsone: sicut ĩtellectᵘ ⁊ volũtas.
ℂ Ad 20m dõz ꝙ ꝓcessio nãe ⁊ ĩtellectᵘ cõueniũt in hoc: 20m
ꝙ in vtraq̃z ꝓcessiõe ꝓcedit vnũ ab vno vt silĩtudo eiᵘ
a quo ꝓcedit. Amor aũt q ꝓcedit ꝭm volũtatẽ ꝓcedit a
duobᵘ mutuo se amantibᵘ. Nec ex h ꝙ est amor hz ꝙ id
sit silĩtudo amãtis. Et iõ ĩ diuinis idẽ ꝓcedit p modũ nãe
⁊ ĩtellectᵘ. s. vt filius ⁊ verbũ. Sz alia ꝑsona est que ꝓce-
dit p modũ volũtatis: vt amor. ℂ Ad 21m dõz ꝙ licz sint 21m
q̃nq̃z notiões in diuinis: tñ solũ sũt tres ꝓprietates ꝑsonales
ↄstituẽtes ꝑsonas: ⁊ ꝓp h solũ sũt tres ꝑsone. ℂ Ad 22m 22m
dõz ꝙ relatiões ydeales sũt dei ad id qð est ex̃. s. ad crea
turas. Et iõ p eas nõ distiguũꝛ ꝑsone in diuinis. ℂ Opz
etiã respõdere ad rõnes alias qbᵘ ↄcludebaꝛ ꝙ ꝑsone di Ad rõnes
uine sũt tribᵘ pauciores. ℂ Ad quoꝝ pᵐ dõz ꝙ in q̃lz nã 2º posi-
creata ĩueniũtur multi modi ꝓcessionũ: nõ tñ ꝭz quẽlibz tas.
eoꝝ nã spẽi cõicaꝛ. Et h est ꝓp ĩperfectionez nãe create: Ad pᵐ q̃
in qua nõ subsistit q̃cq̃d in ea ẽ. Sicut vbũ hoĩs qð ꝓce- est. 23m.
dit ab ĩtellectu eius: nõ est aliquid subsistẽs: nec ẽt amor
qui ꝓcedit a voluntate humana. Sed filius qui genera-
tur per operationez nature: est subsistẽs in natura huma
na. Et ꝓpter hoc est solus modus quo natura cõicatur lz
in eo sint plures modi ꝓcessionũ. Sz in deo est subsistẽs
q̃cquid in ipso est. Et ideo ꝭm quẽlibz modũ ꝓcessionis
cõicatur natura in diuinis. ℂ Ad 2m dõm ꝙ nihil ꝓhibz 24m
etiã a volũtate aliquid naturaliter ꝓcedere. Nam ⁊ vo-
lũtas hũana aliq̃d nãlr̃ vult ⁊ amat. s. felicitatẽ ⁊ verita-
tis cognitionẽ. Et ideo nihil ꝓhibet q̃n spiritus sanctus
naturaliter ꝓcedat a patre ⁊ filio: q̃uis ꝓcedat per mo-
dum volũtatis. ℂ Ad tertiũ dõm ꝙ licet volũtas ⁊ ĩtel- 25m
lectus nõ differãt in deo nisi ꝭm ratiõem: tamẽ opz illuz
qui ꝓcedit per modũ ĩtellectᵘ: realr̃ distigui ab eo q ꝓce
dit p modũ volũtatis. Nã verbum qð procedit p modũ
ĩtellectus ꝓcedit ab vno tãtum sicut a dicẽte. Spũs vo
sanctus qui ꝓcedit per modũ volũtatis vt amor: oportz
ꝙ ꝓcedat a duobus mutuo se amãtibus: vel etiã ex dicẽ
te ⁊ verbo. Nihil eni põt amari cuius verbũ in ĩtellectu
nõ ꝑcõcipiꝛ. Et sic oz ꝙ ille q ꝓcedit p modũ volũtatis:
sit ab eo qui ꝓcedit per modũ ĩtellectus: ⁊ per cõsequẽs
ꝙ distinguatur ab eo. ℂ Ad 4m dõz ꝙ qui est ab alio in 26m
diuinis: põt eẽ duplr̃. s. vel per moduz verbi: vel per mo-
dum amoris. Et iõ q est ab alio ꝭz ꝙ cõiter dr̃: nõ sufficit

ad cõstituẽdũ personã incõicabilẽ: sed solũ sm q ad p-
27ᵐ pria determinat. ¶ Ad 5ᵐ dõm q in diuinis sunt quatuor
relationes: necdũ due: s3 solũ tres ex eis sunt personales
nã vna earꝫ .s. cõis spiratio: nõ est ppetas psonalis: cũ sit
cõis duab' psonis. Et iõ nõ sũt in diuinis nisi tres psone.
Ad arᵐ ¶ Alias rõnes concedimus.
in 3rium

De processione

diuinaꝝ psonaꝝ: z habz qnq3 articulos. Prio .n. queritur vtꝝ sit aliqua pcessio in diuinis. 2º vtrũ in diuinis sit tñ vna pcessio. 3º de ordine pcessionũ ad relationẽ in diuinis. 4º vtꝝ spũs sanctus pcedat a filio. 5º vtrũ spiritus sanctus remaneret a filio distinctus si ab eo nõ procederet.

Questio X.

Questio de pcessione diuinaꝝ psonarũ. Et pmo querit vtrũ sit
1ᵐ processio in diuinis psonis. ¶ Et videt q
non. Omne .n. qd pcedit ab aliquo distat
ab eo. Sed diuinaꝝ psonaꝝ nõ est aliqua
distãtia ab inuicem. Dicit .n. filius. Jo. 14.
Ego in patre: z pater in me est. Et idẽ dici
põt de spiritu sancto: q .s. sit in patre z filio: z ecõuerso. ḡ
2ᵐ in diuinis vna persona nõ pcedit ab alia. ¶ P. nihil qd
ad motũ ptinet deo pprie attribui põt: sicut nec aliquid
qd mãz iportet. pcessio aũt significat quẽdã motũ. ḡ nõ
3ᵐ pprie põt dici in diuinis. ¶ P. oẽ pcedẽs pintelligitur
pcessioni. Nã pcedẽs est pcessionis subm. S3 in diuinis
nõ põt esse aliqd pcedẽs pcessioni preintellectũ. Eẽntia
eniz diuina nõ est pcedẽs: sicut nec genita. Relatio aũt
nõ pintelligit pcessioni: sed ecõuerso: sicut iã dictũ est.
4ᵐ Nõ ergo põt eẽ pcessio in diuinis. ¶ P. oẽ pcedẽs sicut
ab aliquo pcedit: ita oz q pcedat in aliqd. Qd aũt in ali
quid pcedit nõ est per se subsistẽs. Cũ ergo psone diuine
sint per se subsistẽtes: nõ videt eis cõpetere q pcedant.
5ᵐ ¶ P. cũ creature nobiliores: sint etiã deo similiores: qd
inuenit in iferiorib' creaturis: nõ aũt in supiorib': nec ẽt
in deo inuenit: sicut quãtitas dimẽsiua: mã: z alia hõ p-
cessio aũt inuenit in inferiorib' creaturis in qbus vnum
indiuiduũ generat aliud eiusdem spẽi: qd nõ cõtingit in
6ᵐ creaturis superiorib'. ḡ neq3 in deo pcessio iuenit. ¶ P.
illud qd derogat diuine dignitati: nullo modo est deo at
tribuẽdũ. In hoc aũt maxime ɔsiderat diuina dignitas:
q est prima cã essendi nõ habẽs ab alio esse: cui videtur
repugnare pcessio. Nã oẽ pcedens quodãmodo ab alio
7ᵐ est. Nõ ḡ dõm est q aliqd sit pcedens in diuinis. ¶ P.
persona est hypostasis ppetate distincta ad dignitatem
pertinẽte. Accipere aũt ab alio: qd iportat pcessio: nõ vi-
detur ad dignitatẽ ptinere. nõ ḡ pcessio dz attribui diui
8ᵐ nis psonis sicut aliq psonalis pprietas. ¶ P. illud a quo
aliqd pcedit: opz esse aliquo modo cãm illius. Sed vna
psona non põt esse causa alteri'. Neq3 .n. esse põt vna alte
rius causa intrinseca: formalis .s. vel materialis: cũ in di-
uinis nõ sit cõpositio forme z materie. Nec iteruz causa
extrinseca: cum vna persona sit in alia. Non ergo est p-
9ᵐ cessio in diuinis. ¶ P. omne pcedens pcedit ab aliquo
sicut a pncipio. vna aũt psona nõ potest dici alterius pn-
cipiũ. Quia cũ principiũ ad pncipiatũ dicat: oporteret
aliquã personã pncipiatã dici. Quod videt solis creatu-
10ᵐ ris cõpetere. Nõ ḡ est pcessio in diuinis. ¶ P. nomẽ pn
cipij a prioritate sumptũ esse videt. Sed in psonis diuis
nihil est prius z posteri': vt Atanasius dicit. Nõ est ergo
vna persona pncipiũ alterius. Et sic non dz dici vna pce
11ᵐ dens ab alia. ¶ P. omne pncipiũ est operatiuũ vl' facti-
uũ. Sed vna psona nõ est factiua alterius: nec opatiua:
aliogn in diuinis psonis esset aliqd factũ vl' creatũ. ergo
12ᵐ diuina psona nõ habet pncipiũ: neq3 est pcedens. ¶ P.
quandocũq3 est aliquid ab aliquo pcedẽs: opz esse aliqd
cõe vtriq3: qd .s. pcedẽti cõicat ab eo a quo pcedit: z ali-
quid pprium per qd pcedens distinguit ab eo a quo pce
dit: nihil .n. pcedit a seipso. vbicũq3 aũt est aliqd z aliqd:
ibi est cõpositio. ergo vbicũq3 est pcessio: ibi est ɔpositio
In diuinis autem non est compositio. ergo neq3 pcessio.
¶ Preterea. omne procedẽs ab alio: recipit aliquid ab 13ᵐ
eo. quod autẽ recipit aliquid est indigẽtis nature. Nisi
enim indigeret non reciperet. pter quod etiã in rebus
naturalib' receptibilitas attribuit materie. ergo omne
pcedens est indigentis nature. In diuinis autem nõ est
aliqua indigẽtia: sed sũma perfectio. ergo nõ est ibi pro-
cessio. ¶ Sed dices q recipiens quãdo preexistit rece-
ptioni est indigẽs: quãdo eniz iã recepit habz z nõ est in-
digens. Filius autẽ z spiritus sanctus recipiunt quidem
a deo patre. nõ tamẽ preexistũt receptioni: z sic in eis nul
la est indigẽtia. ¶ Sed cõtra. creatura quelibet est indi 14ᵐ
gentis nature: z tamẽ non preexistit receptioni qua reci-
pit esse a deo. Nõ ergo excludit indigẽtiam a recipiente:
hoc quod receptioni non preexistit. ¶ Preterea. omne 15ᵐ
quod nõ habet aliquid nisi sm q recipit illud ab alio: in
se cõsideratũ caret illo: sicut aer in se cõsideratus caret
lumine qd ab alio recipit. Si ergo filius z spirit' sanctus
nõ habẽt esse nisi per hoc qd recipiũt a patre: qd oportet
dicere si a patre pcedunt: necesse est q si in se considerẽ-
tur sint nihil. Qd autẽ in se ɔsideratũ nihil est: si habeat
esse ab alio: oportet q ex nihilo sit: et ita q sit creatura.
Si ergo filius z spiritus sanctus pcedunt a patre: oportz
q sint creature: qd est arriane impietatis. Nõ ergo est p-
cessio in diuinis personis. ¶ Preterea. qd pcedit ab ali 16ᵐ
quo: ad hoc procedit vt sit. Quod autẽ pcedit vt sit: non
semper fuit: sicut qd pcedit ad locum: nõ semper fuit in
loco illo. persone autẽ diuine sunt sempiterne. ergo nul-
la persona diuina est pcedens. ¶ Preterea. principium 17ᵐ
a quo aliquid pcedit: habz aliquã auctoritatẽ respectu
illius qd procedit a principio. Si ergo aliqua persona di
uina pcedit ab alia: vtpote filius z spũs sanctus a patre:
oportet q in patre sit aliqua auctoritas respectu filij et
spiritus sancti. Et ita cum auctoritas sit quedam digni-
tas erit in patre: que nõ est in filio z spiritu sancto. Et sic
erit inequalitas in diuinis personis: qd est cõtra Atana-
sium dicẽtẽ q in trinitate nihil est prius z posterius: ni-
hil maius aut minus: sed tote tres persone coeterne sibi
sunt z coequales. Nõ ergo est pcessio in diuinis psonis.

Sed contra est qd dicit filius. Jo. 8º. Ego ex deo 3ᵐ
processi z veni. ¶ Preterea. Jo. 15º. 2º
dicitur q spiritus veritatis a patre procedit. Est ergo p-
cessio in diuinis personis.

Respondeo. dicẽdũ q cognitio intellectiua a Rño
nobis sumit principiũ a fantasia z
sensu: que vltra cõtinuũ se nõ extendunt. Et inde est q
ex his que in continuo inueniũtur trãsumimus nomina
ad oia que capimus itellectu: sicut patz in nomine distã-
tie que p' inuenit in loco: z ex inde trãsumitur ad quãcũ
q3 formarũ differẽtiã. pter quod oia cõtraria in quo-
cũq3 sint genere dicũtur esse maxime distãtia: licet pmo
ĩueniatur in vbi: vt phs dicit in 10º metaphy. Similiter
autẽ nomẽ pcessionis pmo est inuẽtũ ad significãdum
motũ localẽ: sm quẽ aliquid ordinate ab vno loco p me
dia ordinatiũ in extremũ trãsit. Et ex hoc trãsumit ad
significãdum omne illud in quo est aliqs ordo vnius ex
alio vel post aliud. Et inde est q in oi motu vtimur no-
mine pcessiõis. Sicut dicim' q corpus pcedit ab albe-
dine in nigredinẽ: z de parua quãtitate ad magnã: z de
nõ esse in eẽ: z ecõuerso. Et silr vtimur noie pcessiõis y hi

est aliqua emanatio alicuius ab aliquo. Sicut dicim⁹ φ
radius ꝓcedit a sole: ⁊ ois operatio ab operāte; ⁊ ēt opa-
tuꝫ: sicut artificiatū ab artifice: vel genitū a generāte. Et
vlr oēm hᵘ ordinē noie ꝓcessionis significam⁹. Est autē
duplex opatio. q̄dā quidē trāsiēs ab operāte in aliqd ex-
trinsecū: sicͤ calefactio ab igne in lignū. Et hec qdeꝫ opō
nō est perfectio operantis sed operati. non enim aliquid
acgritur igni ex hoc φ est calefaciēs: sed calefacto acgri-
tur calor. Alia vō est opatio nō trāsiēs in aliqd extrīsecū
sed manēs in ipso operāte: sicut itelligere sentire velle: ⁊
hᵘ. he aūt operationes sunt pfectiones operātis. Intelle
ctus eniꝫ nō est perfect⁹: nisi per hoc φ est itelligēs actu:
⁊ silr nec sensus: nisi per hoc φ actu sentit. pmū aūt ope-
rationū genus cōe est viuētib⁹ ⁊ nō viuētib⁹: sed ꝓm ope-
rationū gen⁹ est ꝓpriū viuētiū. vnde si largo mō accipia
mus motū pro qualibꝫ operatione: sicut phus accipit in
3° de aia. vbi dicit̃ φ sentire ⁊ itelligere sunt motus qdā:
nō qdeꝫ motus qui est actus iperfecti: vt diffinitur in 3°
phy si. sꝫ motus qui est actus pfecti: sic ꝓpriū videt̃ eē vi
uentis. Et in hoc rō videtur consistere φ aliquid sit mo-
uens seipsuꝫ. Nā quicquid iuenim⁹ per se ⁊ in se operari
quocūqꝫ modo: dicim⁹ viuere. Et per hunc modū Plato
posuit φ pmū mouēs mouet seipsum. Scdm aūt vtrūqꝫ
operationis genus inuenit̃ in creaturis aliq̃ ꝓcessio. Nā
ꝓm pmū genus dicim⁹ φ generatū ꝓcedit a generāte: et
factū a faciēte. Quātū aūt ad scdm operatiōis genus: di-
cimus φ verbū ꝓcedit a dicēte: ⁊ amor ab amāte. hᵘ aūt
duplex opationis genus deo attribuimus. Genus qdem
operationis in aliud extrīsecū trāseūtis deo attribuim⁹:
inquātuꝫ dicim⁹ φ creat ꝯseruat ⁊ gubernat oia. Ex quo
qdem operationis genere nulla perfectio deo aduenire
significatur: sed magis φ ꝓueniat in creatura perfectio
ex perfectione diuina. Aliud vō operatiōis genus deo at
tribuimus: inq̃tuꝫ ipsum itelligentē ⁊ volētem dicim⁹.
In quo ipsi⁹ pfectio significat̃. Nō. n. esset perfectus nisi
esset intelligēs ⁊ volēs actu. Et ide est φ cōfitemur eum
viuēteꝫ. Scdm ergo vtrāqꝫ operationē deo ꝓcessionem
attribuimus. Scdm quidē pmuꝫ operationis gen⁹: dici-
mus diuinā sapiētiā aut bonitatē in creaturas ꝓcedere:
vt Diony. dicit. 9°. ca. de diui. no. ⁊ etiam φ creature ꝓce
dunt a deo. Scdm vero aliud operationis genus dicim⁹
in diuinis ꝓcessioneꝫ verbi ⁊ amoris. Et hec est ꝓcessio
persone filij a patre qui est verbū ipsius: ⁊ spūs. s. qui est
amor eius: ⁊ spiramē viuificū. Unde Atanasius in quo-
dam sermone niceni ꝯcilij dicit φ arriani ponētes filiū
⁊ spūm scm nō esse coessentiales patri: per ꝯsequēs vide-
bantur dicere deū nō viuentem ⁊ intelligētem: sed mor-
tuum: ⁊ sine mente.

Ad pᵐ **Ad primū** ergo dcdm φ obiectio illa ꝓcedit de ꝓ-
cessione que attenditur ꝓm operatio-
nem in aliquid extrinsecū trāseuntē. Sic autem nō ꝓce
dunt diuine psone: sed magis per modū ꝓcessionis: que
attendit̃ sꝫ operationē in operāte manēteꝫ. Qd eniꝫ sic
ꝓcedit: nō distat ab eo a quo ꝓcedit: sicut etiā humanuꝫ
2ᵐ verbū est in itellectu loquētis: nō distās ab eo. ¶ Ad 2ᵐ
dcdm φ ꝓcessio ꝓut significat motū localē: non ponit̃ in
diuinis psonis: sed ꝓm φ portat quendam emanationis
3° ordinē. ¶ Ad 3ᵐ dcdm φ in ꝓcessione que est motus loca
lis: necesse est φ ꝓcedens ꝓcessioni preintelligat̃: cuꝫ sit
eius subm. Sed in ꝓcessione que importat originis ordi
neꝫ: ꝓcedens se hꝫ ad ꝓcessionē vt terminus. Unde si ꝓ-
cedens sit ex mā ⁊ forma cōpositū: ⁊ per viaꝫ generatio-
nis in esse ꝓductū: mā quidē preexistit ꝓcessiōi vt subie
ctum: forma vero vel etiā cōpositū sequit̃ ꝓm intellectū
ad ꝓcessionē vt terminus: sicut cuꝫ ignis ab igne per ge-
nerationē ꝓcedit. Cum vero id qd ꝓcedit non est cōposi
tuꝫ: sed forma tm̄: vel etiā per creationē in esse eductum
cuius terminus est tota rei substātia: tūc nullo modo ꝓ-
cedens preintelligit̃ ꝓcessioni: sed ecōuerso: sicut creatura
nō preintelligitur creationi: nec splēdor ꝓcessioni ipsius a
sole: nec verbū ꝓcessioni eius a dicēte: ⁊ silr nec verbum
ꝓcessioni eius a patre. ¶ Ad 4ᵐ dcdm φ ꝓm ꝓcessioneꝫ 4°
que importat originis ordinē pōt aliquid ꝓcedere vt in
se subsistēs nō relatū ad aliud: q̃uis ꝓm ꝓcessionē loca-
lem ꝓcedat aliqd nō vt simpliciter in se subsistat: sed vt
sit in loco. Talis autem ꝓcessio nō est in diuinis psonis.
¶ Ad qntū dcdm φ in itellectualibus substātijs que sūt 5°
nobilissime creature: est etiā ꝓcessio ꝓm operationeꝫ in-
tellectus ⁊ voluntatis. Et quātum ad hoc inuenit̃ in eis
increate trinitatis imago. Sed verbū ⁊ amor in eis non
sunt persone subsistētes. Earū eniꝫ intelligere ⁊ velle nō
est ipsaꝝ substātia: sed hoc ꝓpriuꝫ dei est. vnde verbū ⁊
amor ꝓcedūt in deo vt psone subsistētes: nō aūt in intel
lectualibus creaturis. ¶ Ad sextū dcdm φ habere origi- 6ᵐ
nem ab aliquo qd sit in essentia diuersuꝫ derogat digni-
tati diuine. hoc eni est ꝓpriuꝫ creature. Sed habere ori-
gineꝫ ab aliquo coessentiali: magis ad pfectionē diuinā
pertinet. Nō. n. esset in diuinitate perfectio: nisi esset ibi
intelligere ⁊ velle in actu. Quib⁹ positis necesse est poni
verbi ⁊ amoris ꝓcessionē. ¶ Ad septimū dcdm φ lꝫ acci 7ᵐ
pere inquātuꝫ hᵘ perfectionē nō dicat: tamē ex parte ei⁹
a quo accipitur perfectionē importat: ⁊ precipue in diui
nis psonis que accipiunt plenitudinē deitatis. ¶ Ad 8ᵐ 8ᵐ
dcꝫ φ latini doctores raro vel nūq̃ ad significādū origi
nē diuinaꝝ psonaꝝ noie cāe vtūt̃. Tuꝫ qꝛ cāe apud nos
rñdet effect⁹. vn̄ ne cogamur filiuꝫ vel spūm scm factos
dicere: patrē nō dicim⁹ cām eoꝝ. Tum qꝛ apud nos no
men cāe significat aliqd in eēntia diuersuꝫ. Dicimus. n.
cāꝫ ad quā seqt̃ aliud. tn̄ ēt qꝛ apud gentiles phos nomē
cāe dcm de deo: habitudineꝫ ipsi⁹ ad creaturas designat.
Dicūt. n. deū eē pmā cāꝫ: ⁊ creaturas eē ei⁹ cāta. vn̄ ne ali
qs filiū ⁊ spūꝫ scm iter creaturas sꝫ eēntiaꝫ a deo diuer-
sas suspicet̃ eē ponēdas: nomen cāe refugim⁹ in diuinis.
Greci tn̄ absoluti⁹ vtunt̃ noie cāe: ex ipso solā origineꝫ si-
gnificātes. Et iō in diuinis psonis vtunt̃ noie cāe. Aliqd
eniꝫ icōuenięter in lingua latina dr̃: qd pp ꝓpetatē ydio
matis cōuenięter in lingua greca dici pōt. Nō aūt opꝫ si
nomē cāe ꝯfitemur in diuinis ꝓm grecos: φ eodē mō ac
cipiat̃: sicut cū de creaturis dr̃: ꝓut in q̃tuor gnā sꝫ phos
diuidit̃. ¶ Ad 9ᵐ dcꝫ φ iter oia ad originē spectātia: ma 9ᵐ
gis cōuenit in diuinis hoc nomē pnᵐ. Qꝛ. n. diuina cōpre
hēdi a nobis nō pnt: ꝯuenięti⁹ a nobis significant̃ p noia
cōia q̄ idiffinite aliqd significāt: q̃ p noia spālia: que dif-
finite rei species exprimūt. vnde hoc nomē: q est: qd ꝓm
Dam. significat sube pelagus ifinitū: cōuenietissimū no-
men dei dicit̃ esse: vt pꝫ exo. 3. Sicut autē cā cōior est q̃
elemētū: qd significat aliquid pmuꝫ ⁊ simplex in genere
cāe mālis: ita ēt pncipiū est cōius q̃ cā. Nam pma pars
motus vel linee dicit̃ pncipiū: sed nō cā. In quo pꝫ φ pn
cipium pōt dici aliqd qd nō est ꝓm essentiā distinctū: vt
punctū linee. nō aūt cā: maxime si loquamur de cā origi
nāte: que est causa efficiens. Quāuis aūt pater dicat̃ esse
pncipiū filij ⁊ spūs sancti: nō tn̄ videt̃ indifferēter dcdm
φ filius sit pncipiatū: vel etiā spūs san. licꝫ etiā hoc mo-
do loquēdi greci vtant̃: ⁊ possit apud sane itelligētes cō-
cedi: tamē ea que minorationē aliquā importare viden-
tur: refugere debem⁹ ne filio vel spiritui sancto attribuā
tur: ꝓpter arrianoꝝ errorē vitādū. Sicut Hyl. ⁊ si cōce-
dat patreꝫ esse maiorē filio ꝓpter auctoritatē Origenis:
nō tn̄ ꝯcedit φ fili⁹ sit minor pr̃e: cui est eq̄le eē donatuꝫ

a patre. Et sic non est extendendum nomen subauctori/
tatis vel ꝓncipiati in filio: sꝫ nomē auctoritatis vel ꝓnci/
10ᵐ pij ꝯcedaṫ in prē. ¶ Ad 10ᵘ dōm. ꝙ licet ꝓncipiū ſm rō/
nē nois a ꝓoritate sumaṫ: nō tamē iponiṫ ad significādū
ꝓoritatē: sꝫ originē. Sicut etiā hoc nomē lapis nō iponiṫ
ad significādū lesionē pedis: lꝫ ab h nomē sumi videaṫ.
11ᵐ licet ergo pater nō sit ꝓor filio: est tñ eius ꝓncipiū. ¶ Ad
11ᵐ dōm. ꝙ nō omne ꝓncipiū est operatiuū vel factiuum.
12ᵘ Neutro. n. modo pūctū est ꝓncipiū linee. ¶ Ad 12ᵐ dōꝫ.
ꝙ in filio est aliqd cōe prī. s. essentia: ⁊ aliqd ꝑ qd a patre
distinguiṫ. s. relatio. Nō tñ est ibi ꝯpositio. Qꝛ relatio est
ſm rē essentia: sicut ex superioribus disputationibus pꝫ.
13ᵘ ¶ Ad 13ᵐ dōm. ꝙ recipiēs anteq̄ recipiat idiget. Ad hoc
. n. accipit vt idigentiā repleat. Sed postq̄ iaꝫ acceperit:
nō idiget. hꝫ. n. quo idigebat. Si ḡ aliqd est qd receptiō
non ꝑtransit: sed semꝑ est in recepisse: hoc nullo modo est
idigēs. Filius aūt nō sic accipit a prē q̄si ꝓus nō habēs: et
postea accipiēs. Sed qꝛ hoc ipꝫ qd est: hꝫ a prē. vñ nō seq/
14ᵐ tur ꝙ sit idigēs. ¶ Ad 14ᵐ dōꝫ. ꝙ creatura accipit a deo
esse qddā: qd non esset ꝑmanēs nisi diuinitus ꝯseruaret.
Et ideo etiā postq̄ esse accipit idiget diuina operatione:
vt ꝯseruet in esse: ⁊ sic est nature idigētis. Filius aūt acci
pit a patre idē numero eē: ⁊ eandē nāꝫ numero quā pater
15ᵐ hꝫ. vnde nō est nature indigentis. ¶ Ad 15ᵐ dōm: ꝙ fili⁹
in se ꝯsideraṫ: ſm illud qd absolute hꝫ qd est patris eēn/
tia: ⁊ ſꝫ hoc nō est nihil: sꝫ vnū cū patre. Scdꝫ vō ꝙ refer/
tur ad patrem: consideraṫ vt recipiēs esse a patre. vñ nec
sic ēt est nihil. Et ita nullo mō filius est nihil. Esset aūt in
se consideratus nihil. si esset in eo aliquid absolutū di/
16ᵘ stinctum a patre: sicut est in creaturis. ¶ Ad 16ᵐ dōm ꝙ
filius ad hoc ꝓcedit: vt sit. Sed ꝓcessio eius est eterna: si
cut ꝓcessio splēdoris a sole est ei coeua. Et ꝓpter hoc etiā
filius est eternus. ¶ Ad 17ᵐ dōm: ꝙ auctoritas in prē nō
est aliud q̄ relatio ꝓncipij. Scdm relationē aūt non dici/
tur aliquid equale vel inequale: sed ſm quātitatem: vt
Aug. dicit. ⁊ ꝑꝑ hoc fili⁹ nō est ineq̄lis patri.

¶ Utrū in dinis sit vna tantū ꝓcessio vel plures.

SEcundo queritur vtrum in diuinis sit vna tantum ꝓcessio: vel plu/
1ᵐ res. ¶ Et videṫ ꝙ sit vna tñ. Dicit. n. Boe⁹ in
li. de tri. ꝙ ꝓcessio in deo est subalis. Substā/
tialia aūt non multiplicanṫ in dinis. ḡ ꝓcessio/
nes in diuinis non sunt plures. ¶ Sed dice. ꝙ ꝓcessiōes
in diuinis nō distiguunṫ per distinctionē sube: que ſꝫ ꝓ/
cessionē cōicaṫ: rōne cuius ꝓcessiones subales dicunṫ: sꝫ
2ᵐ distinguunṫ seipsis. ¶ Sed cōtra. Quecūq; ab inuicem
distinguuntur vel distinguunṫ per diuisionē māe: sicut in
diuidua eiusdē spēi: vel formalr: sicut ea que differūt vel
genere vel spē. ꝓcessiōes aūt non distinguunṫ in diuinis
ad modū eoꝝ que mālr distinguuntur: cū deus sit oino
īmaterialis. Relinquitur ergo ꝙ omnis distinctio q̄ est
in diuinis sit ad modū eoꝝ que formalr distinguuntur.
Ois aūt formalis distinctio est per aliquā oppositioneꝫ:
⁊ maxime eoꝝ que sunt vnius generis. Naꝫ gen⁹ diuidi/
tur contrarijs differentijs per quas spēs distinguuṫ: vt
diciṫ in. 10ᵒ. meta. Opꝫ ḡ si ꝓcessiones distinguanṫ in diui
nis: ꝙ hoc sit rōne alicuius oppositionis. ꝓcessiones aūt
⁊ actiones ⁊ motus nō habent oppositionē adinuicē: nisi
rōne ꝓncipioꝝ: vel rōne terminoꝝ: sicut pꝫ de calefactio/
ne ⁊ infrigidatione: ascensu ⁊ descensu. ergo īpossibile est
ꝙ ꝓcessiones in diuinis distinguanṫ seipsis. Sed si disti
guunṫ: oꝫ ꝙ distinguanṫ ex parte ꝓncipij ꝓcessionis: vel
3ᵐ ex parte temini. i. ꝑsone ad quā ꝓcessio terminaṫ. ¶ P̄. ea
que possunt sil esse: nō sunt distictiua aliquoꝝ: sicut albū
⁊ dulce nō sunt distictiua duoꝝ substātiuoꝝ: qꝛ pñt eidē
inesse. Ex hoc. n. vnūquodq; ab altero distiguiṫ: ꝙ vnum
eoꝝ alterū esse non pōt. Qꝛ aliqua aūt non pñt esse sil: h
contingit ex nā alicuius oppositionis. Ea. n. dicunṫ eē op
posita: que simul esse non pñt. Nihil igitur distinguiṫ ab
altero: nisi ratione alicuius oppositionis. Nam ⁊ in diui/
sione que est ſm māꝫ attendiṫ oppositio ſm situm: cuꝫ
eadem diuisio sit ſm quātitatē. Si ergo oppositio ꝓces/
sionum esse non pōt nisi rōne terminoꝝ vel ꝓncipiorum:
vt dictum est: īpole est ꝙ ꝓcessiones distinguanṫ seip/
sis. ¶ Sed dice. ꝙ ꝓcessiones distinguunṫ in diuinis ex
eo ꝙ vna est per modū nature. s. processio filij: ⁊ altera ꝑ
modū voluntatis. s. ꝓcessio spūs sancti. ¶ Sed cōtra. qd 4ᵐ
ꝓcedit nālr: ꝓcedit per modū nature. Spiritus aūt scūs
ꝓcedit a patre nālr. Dicit. n. Atanasius ꝙ est nālis spūs
patris. ergo ꝓcedit per modū nature. ¶ P̄. voluntas li/ 5ᵐ
bera est. qd ergo ꝓcedit per modū volūtatis: ꝓcedit per
modū libertatis. Si ergo spūs sanctus ꝓcedit per modū
voluntatis: oꝫ ꝙ ꝓcedat per modū libertatis. Qd autem
ꝓcedit per modū libertatis: pōt ꝓcedere ⁊ non ꝓcedere:
⁊ intantū vel non intantū ꝓcedere. Quia que libere fi/
unt: nō sunt determinata ad vnum. ergo pater potuit ꝓro
ducere spūm sanctū: vel nō producere: ⁊ dare ei quācūq;
mensuram magnitudinis vellet. Sequitur ergo: ꝙ spūs
sanctus sit ens possibile ⁊ nō ens per se necesse esse. Et sic
non erit diuine nature: qd est heresis macedoniāe. ¶ P̄. 6ᵐ
Hyl. dicit in li. de syno. differētiā assignās īter creaturas
⁊ filiū: ꝙ oībus creaturis subam dei voluntas attulit: fili
us aūt naturali natiuitate subaꝫ a patre accepit. Si ergo
spūs sanctus ꝓcedit per modū volūtatis. sequitur ꝙ pro
cedit sicut creatura. ¶ P̄. nā ⁊ volūtas in deo non diffe/ 7ᵐ
runt: nisi ſm rōnem. Si ergo processio filij ⁊ spūs sancti
distinguanṫ ex eo ꝙ vna est per modū nature: altera vero
ꝑ modū voluntatis: sequiṫ ꝙ ꝓcessio filij ⁊ spūs sancti nō
differant nisi rōne tantum. Et ita filius ⁊ spiritus sanct⁹
personaliter non distinguuntur. ¶ Sed dice. ꝙ vis spi/
ratiua in patre differunt ratione tantum: ⁊ tñ hec est di/
stinctio realis. in filio ⁊ spiritu sancto. Et similiter natu/
ra ⁊ voluntas possunt realē distictionē in ꝓcessionibus ⁊
⁊ procedentibus cōstituere: lꝫ differāt ratiōe tātū. ¶ Sꝫ 8ᵐ
cōtra. Filius ⁊ spiritus sanctus distiguunṫ per ea que in
eis sunt. vis aūt generatiua non est in filio: nec spiratiua
in spiritu sancto. ergo per hoc filius ⁊ spiritus sanctus nō
distinguunṫ. ¶ P̄. ex hoc ondiṫ ꝙ generatio que est pro 9ᵐ
cessio per modum nature est in diuinis: ꝙ eius silitudo
creature cōicatur: vt pꝫ Isai. vlt. Nunquid ego qui gene/
rationem alijs tribuo sterilis ero? Processio aūt que est
per modum volūtatis: nō cōicatur creature. Nō. n. iueni/
tur ī creaturis aliquid qd nāꝫ accipiat nisi per modū ge/
nerationis. Non ē ergo aliqua ꝓcessio in diuinis ꝑsonis
per moduꝫ volūtatis. ¶ P̄. modus aliquid adijcit rei: ⁊ 10ᵐ
per ꝯñs compositioneꝫ facit: ⁊ multo magis si sit modo/
ruꝫ pluralitas. Sꝫ in diuinis ē omnimoda simplicitas. ḡ
non est ibi modoꝝ pluralitas: vt possit dici ꝙ filius ꝓce
dit vno modo. s. per modum nature: ⁊ spiritus sanct⁹ alio
modo. s. per modū voluntatis. ¶ P̄. in dinis volūtas nō 11ᵐ
plus differt a nā q̄ intellect⁹. Sed nō est alia ꝓcessio in
diuinis per modū intellectus: ab ea que est per modum
nāe. ergo etiam nō est alia ꝓcessio que est per modū vo/
lūtatis: ab ea que est per modū nāe. ¶ Sed dice. ꝙ ꝓces
sio spiritus sancti differt a ꝓcessiōe filij: ex eo ꝙ ꝓcessio fi
lij est a non ꝓcedente tantuꝫ. s. a prē: ꝓcessio aūt. s. s. est a
non procedente ⁊ ꝓcedēte simul. s. a prē ⁊ filio. ¶ Sed 12ᵐ
cōtra. si ponātur due ꝓcessiones in diuinis: oꝫ ꝙ aut dif
ferant numero tantuꝫ: aut spē. Si numero tñ: sequiṫ ꝙ
vtraq; processio debeat dici generatio vel natiuitas: ⁊

vterqȝ procedēs debeat dici filius. Si aūt differāt specie
opȝ ꝙ nā per ꝓcessionē cōicata specie differat. Sic.n. spē
differt ꝓcessio hoīs ⁊ equi a suo pricipio: nō aūt ꝓcessio
sor. ⁊ Platonis. Cū ergo vna tm̄ sit natura diuina: nō pnt
eē plures ꝓcessiones specie differentes: per hoc ꝙ vna est
13m a ꝓcedēte: alia vero nō. ℂ P̄. filius ⁊ spiritus scūs nō di
stinguūtur ad modū eoꝝ que specie differūt in creaturis.
Sūt.n. vnius nature hypostases. ꝓcessiones aūt q̄bus ꝓ
cedūt aliqua: que sunt specie vnū: numero vero dr̄ia: non
differūt sm̄ speciē: sicut generatio sortis: ⁊ generatio Pla
tonis. ergo ꝓcessio filii ⁊ ꝓcessio spūs scī nō sunt distincte
14m ꝓcessiones sm̄ speciē. ℂ P̄. sicut aliqd pōt esse ꝓcedens
a ꝓcedēte: ita pōt esse aliq̄s natus a nato: vt pȝ in hoībus:
in q̄bus qui nascit̄ ab vno hȝ aliū de se natuȝ. Si ergo in
diuinis sunt due ꝓcessiones per hoc ꝙ a ꝓcedēte ali⁹ ꝓ
cedit: pari rōne poterūt eē due generationes: per hoc ꝙ a
15m genito alius generat̄. ℂ P̄. si ꝓcessio spiritus scī distigui
tur a ꝓcessione filii: ꝑ hoc ꝙ spūs scūs ꝓcedit a nō ꝓcedē
te ⁊ ꝓcedēte. i. a patre ⁊ filio: aut ꝓcedit ab eis inq̄ntū sūt
vnū: aut inq̄ntū sunt plures. Si inq̄ntū sunt plures: seq̄tur
ꝙ spūs scūs sit cōpositus. Nā ꝓcessio vnius simplicis: nō
pōt esse nisi ab vno sicut a pricipio. Si aūt ꝓcedit ab eis
inq̄ntū sunt vnū: nihil differt ꝙ ꝓcedit a pluribus: aut ꝙ
ꝓcedit ab vno solo. Nō ḡ pōt ꝓcessio spūs scī distingui a
ꝓcessione filii ꝑ h̄ ꝙ fili⁹ ꝓcedit ab vno solo: sȝ spūs scūs
16m a duob⁹. ℂ P̄. ꝓcessio ꝯdiuidit̄ paternitati ⁊ filiatiōi. Di
cūtur.n. ⁊ tres eē ꝓprietates ꝑsonales. Sed in diuinis est
tātū vna p̄nitas: ⁊ vna filiatio. ergo etiā tm̄ vna ꝓcessio.
17m ℂ P̄. in creaturis nō īuenit̄ nisi vn⁹ ꝓcessionis modus:
ꝑ quē cōicet̄ nā. ꝓpter qđ Cōmē. dicit in. 7. phy. ꝙ nō sūt
eadē specie aīalia q̄ gn̄ant̄ ex semine: ⁊ q̄ gn̄ant̄ sine semi
ne ꝑ putrefactionē. Nā aūt diuina est vna tm̄. ḡ nō potest
cōicari nisi ꝑ vnū modū ꝓcessionis. Nō sunt ḡ pl'es ꝓces
18m siones in diuinis. ℂ P̄. filius ꝓcedit a pr̄e vt splēdor: sm̄
illud Hebr̄. i. Qui cū sit splēdor glorie. Et h̄ ideo: q2 fili⁹
ꝓcedit a patre: vt coeternus ei: sicut splēdor a sole vel ab
igne. Sed silr̄ spūs scūs ꝓcedit a pr̄e vt coeternus ei. ḡ ꝓ
cedit ab eo eodē mō sicut fili⁹: ⁊ ita nō sunt pl'es ꝓcessio
19m nes in diuinis. ℂ P̄. ꝓcessio eterna diuine ꝑsone: est rō ⁊
cā tp̄alis ꝓcessionis creature: ⁊ ei⁹ qđ in creatura est. Unū
Aug. sup Gen̄. ad lr̄as sic exponit qđ dr̄ Gen̄. i. Dixit ⁊ fa
ctū est. i. v̄bū genuit in quo erat vt fieret. Fili⁹ aūt est ꝑfe
cte rō ⁊ cā ꝓductiōis creature. Nō ergo opȝ eē aliā ꝓces
20m sionē diuine ꝑsone: p̄ter ꝓcessionēȝ filii. ℂ P̄. q̄nto nā est
perfectior: tanto per pauciora operat̄. Sed natura diui
na est ꝑfectissima. Cum ergo nā creata vna non cōicetur
nisi per vnum modū ꝓcessionis: nec diuina natura cōica
21m ri poterit nisi per vnū ꝓcessiōis modū. ℂ P̄. ab vno sim
plici non pōt esse nisi vnū. Sed pr̄ est vnū simplex. ergo
ab eo non pōt esse nisi ꝓcessio vna. Non sunt ergo ꝓces
22m siones plures in diuinis. ℂ P̄. vnūqđqȝ ex hoc generari
dicitur ꝙ accipit formaȝ. Nam generatio in rebus crea
tis est mutatio ad formā. Sed spiritus sanctus sua ꝓces
sione accipit formā. i. eēntiam diuinā. De qua dicit̄ phil.
2°. cū i forma dei esset. ergo ꝓcessio spiritus sancti ē gene
23m ratio: ⁊ ita non differt a generatione filii. ℂ P̄. natiuitas
est via in nām: sicut ipsum nomē demōstrat. Sȝ per pro
cessionē spūs sancti cōicatur ei diuina natura. ergo pro
cessio spiritus sancti ē natiuitas. Non ergo differt a ꝓces
24m sione filii. Et ita non sunt due ꝓcessiones in diuis. ℂ Sȝ
contra. videt̄ ꝙ sint in diuinis plures ꝓcessiones q̄ȝ due.
Est.n. ꝓcessio per modū nāe: sm̄ quā filius nominatur: ⁊
ꝓcessio per modū intellect⁹: sm̄ quā nominat̄ verbuȝ: ⁊
ꝓcessio per modū voluntatis sm̄ quaȝ nominat̄ in diui
nis amor ꝓcedens. Sunt ergo in diuinis tres ꝓcessiōes.

ℂ Sed dice. ꝙ vna ⁊ eadē est ꝓcessio in diuinis que est
per modum nature: ⁊ que est per modū itellectus. Nam
idē est filius ⁊ verbū. ℂ Sed cōtra. processiones crea 25m
turarū exemplate sunt a processionib⁹ diuinaꝝ ꝑsonarū.
Unde ⁊ dicit̄ ephe. 3°. de deo patre: ꝙ ex eo omnis pater
nitas in celo ⁊ in terra nominat̄. Sed in creaturis alia ē
processio nāe: sm̄ quā hō generat hominē: ⁊ alia processio
intellect⁹: sm̄ quā itellectus ꝓducit verbū. ḡ nec etiaȝ in
diuinis est vna ꝓcessio: que est per modū intellectus: ⁊ q̄
est per modum nāe. ℂ P̄. sm̄ Diony. 2°. ca. de diui. no. 26m
Ad diuinā bonitatē pertinet vt ꝓcedat. Sed pater ē sum
me bonus. ergo ꝓcedit. Sunt ergo in diuinis tres ꝓces
siones. vna qua ꝓcedit pr̄: ⁊ alia qua ꝓcedit filius: ⁊ 3ª q̄
procedit spiritus sanctus.

Sed ecōtra. videt̄ ꝙ in diuinis sint due tantuȝ 3
ꝓcessiōes. Dicit.n. Aug. in 5°. de tri.
ꝙ ꝓcessio filii genitura vel natiuitas est. ꝓcessio autem
spūs sancti natiuitas nō est. vtraqȝ tm̄ ineffabilis ē. Sunt
ergo in diuis due tm̄ differentes ꝓcessiones.

Respondeo. Dōm ꝙ hereticoꝝ instantia coegit Rño
antiquos fidei doctores de his que
sūt fidei disputare. ℂ Arri⁹. n. estimauit ꝙ eē ab alio: di heresis
uine repugnaret nāe. Unū posuit ꝙ fili⁹ ⁊ spūs scūs qui in Arrij
scripturis sanctis ab alio esse dicunt̄: sint creature. ℂ Ad reprob⁹
cui⁹ erroris destructionē necessariū fuit sanctis patrib⁹
manifestare: ꝙ nō est impossibile esse aliquid ꝓcedēs a
deo pr̄e: qđ sit ei coessentiale: inquātū accipit ab eo eādē
nāȝ quā pr̄ hȝ. Sȝ q2 fili⁹ ex eo qđ accipit a patre ei⁹ nāȝ:
dicit̄ ab eo natus vel genit⁹. spūs aūt scūs nō dicit̄ in scri
pturis natus vel genitus. ℂ Et cū dr̄ eē a deo: estimauit heresis
Macedoni⁹ ꝙ spūs scūs nō sit coessentialis patri: sed sit macedo
eius creatura: nō.n. credebat ꝙ aliquis possit ab alio nāȝ nij
ei⁹ accipe: nisi ab eo nasceret̄: ⁊ ei⁹ fili⁹ esset. Unū estima
uit īfallibiliter sequi si spūs scūs accipit a patre nām ⁊
essentiam eius: ꝙ sit genit⁹ ⁊ fili⁹. Et iō ad huius erroris
exclusionē necessariū fuit ꝙ doctores nostri māifestarēt
ꝙ diuina nā pōt cōicari duplici ꝓcessione. Quarum vna
est generatio vel natiuitas: alia v̄o non. Et hoc est quere
re ꝓcessionū distictionē in diuis. ℂ Quidā ergo dixerūt p̄ª opio
ꝙ ꝓcessiōes in diuinis distinguunt̄ seipsis. Et rō hui⁹ po
sitionis fuit: q2 ponebant ꝙ relationes nō distinguūt di
uinas hypostases: sed eaꝝ distinctionē manifestant tātū:
estimantes ꝙ relōnes in diuis eēnt ad modū ꝓprietatū
induuidualiuȝ in reb⁹ creatis: q̄ distōnē iduiduoꝝ non
cānt. sȝ manifestant tm̄. Dicunt ḡ ꝙ hypostases in diuis
distiguūtur solū ꝑ originē. Et q2 ea q̄b⁹ p̄mo aliq̄ distiguū
tur: opȝ ꝙ seipsis distinguant̄: sic̄ differētie opposite q̄b⁹
spēs differūt: distinguunt̄ seipsis ne in infi^m ꝓcedat̄: ideo
dicūt ꝙ ꝓcessiōes in diuinis distiguūtur seipsis. Hoc aūt reprob⁹
nō pōt esse verū. Nā vnūqđqȝ distinguit̄ ab alio sm̄ spēȝ
per id a quo spēȝ hȝ: ⁊ sm̄ numerū per id a quo īdiuidua
tur. Dr̄ia aūt iter ꝓcessiones diuinas oȝ ꝙ sit nō solū sic̄
ea q̄ differūt numero tātū: sed sic̄ ea que differūt spē: cum
vna sit generatio: alia v̄o nō. Relinquit̄ ergo ꝙ ꝓcessio
nes diuine distinguant̄ sm̄ id a quo spēm hn̄t. Nulla aūt
ꝓcessio nec opatio nec mot⁹ hȝ spēm a se: sed sortit̄ spēm
a termino vel a p̄ncipio. Unde nihil est dictu ꝙ ꝓcessio
nes alique distinguant̄ seipsis. Sed opȝ ꝙ distinguantur
penes p̄ncipia: vel penes terminos. ℂ Et iō dixerūt qui 2ª opio
dam ꝙ ꝓcessiones in diuinis distinguunt̄ penes p̄ncipia:
sȝ hoc dico ꝙ vna ꝓcessio ē per modū nāe vel itellectus:
alia vero per modū volūtatis. Non.n. intellect⁹ ⁊ volun
tas significare vidētur quedā operationū ⁊ processionuȝ
pricipia. Sed si q̄s diligēter ꝯsideret: de facili videre pōt
ꝙ hoc nō sufficit ad diuinaꝝ ꝓcessionū distictionem: nisi

aliud addatur. Cum enim oporteat in procedēte inueniri
silitudinē eius qḋ est pcessionis pricipiuꝫ: sicut in rebus
creatis silitudinē forme generātis necesse est eē i genito
opꝫ ꝙ si pcessiones in diuinis distiguūtur per hoc ꝙ pri-
cipiū vnius est nā vel itellect⁹: alterius vero volūtas ꝙ i
pcedēte sm vnā pcessionē ineniaẜ tātū qḋ nature est vel
itellect⁹: in altero vero: id qḋ est volūtatis tātū. Qḋ pꝫ eē
falsum. Nā per vnā pcessionē: que est filij a patre: cōicat
pater filio qcqd hꝫ: ⁊ nāꝫ ⁊ itellectū ⁊ potētiā ⁊ volūtateꝫ
⁊ qcqd absolute dr̄. vt sicut filius est verbū. i. sapiētia ge-
nita: ita posset dici nā vel volūtas vel potētia genita. i. p
generationē accepta: vel magis hō per generationē acci-
piēs. Un̄ patet ꝙ ex quo oīa attributa ēentialia ꝯcurrūt
in vnā pcessionē filij: ꝙ nō possit pcessionum differētia
inueniri sm ratiōes attributoꝝ diuersas: ita ꝙ per vnā p-
cessionē attēdatur cōicatio vnius attributi: ⁊ per aliā cōi-
catio alterius. Cū aūt pcessionis terminus sit habere: cū
ad hoc pcedat psona diuina. vt habeat qḋ accipit pcedē-
do: processiōes aūt secūdū terminos distinguunẜ: necesse
est vt sicut habens distinguitur in diuinis: ita distinguaẜ
⁊ procedens. habens aūt nō distinguitur in diuinis ab ha-
bente per hoc ꝙ hic habeat hec attributa: ille vero alia:
sed per hoc ꝙ eadē vnus hꝫ ab alio. Nam omnia que hꝫ
pater hꝫ filius. Sed in hoc distinguiẜ fili⁹ a pr̄e: qꝛ filius
15m hꝫ ea a patre. Sic ergo procedens ab alio procedente di-
stinguiẜ: non qꝛ vnus hec procedendo accipiat. alius illa:
sed qꝛ vn⁹ eoꝝ ab alio accipit. Quicquid ergo inueniẜ in
pcessione diuina qḋ statim in vna pcessione pōt intelli-
gi nulla alia preintellecta: vnius tātū pcessionis est. Ibi
vero statiꝫ alia pcessio inueniri potest: vbi eadē que per
pmaꝫ pcessionē sunt accepta: iterū deriuanẜ in aliaꝫ. Et
sic solus ordo pcessionū qui attendiẜ sm originē proces-
siones multiplicat in diuis. Un̄ cōuenienter dixerūt q po-
suerūt vnaꝫ pcessionē esse per modū nature: ⁊ intellect⁹:
aliā p modū volūtatis: qn̄tū ad id qḋ pcessio q̄ est sꝫ nāꝫ
vel itellectū nō pexigit aliā pcessionē: pcessio aūt que est
per modū volūtatis: aliā pcessionē pexigit. Nā amor ali-
cuius rei nō pōt a volūtate pcedere: nisi pintelligaẜ pro-
cessisse ab intellectu illius rei verbum conceptum. Bo-
num. n. intellectū est obiectum volūtatis.

Ad pm Ad primum ergo dōm: ꝙ pcessio in diuinis dr̄
esse substantialis: qꝛ non sm aliqḋ
accidens attēdiẜ: sed per eā subam recipit psona pcedēs
2m ⁊ 3m ¶ 2m ⁊ 3m cōcedimus. ¶ Ad 4m dōm: ꝙ nihil phibet a
4m volūtate aliquid nālr pcedere. Volūtas. n. nālr tendit i
vltimū finē: sicut ⁊ quelibet alia potētia nālr cōparaẜ ad
suuꝫ obiectū. Et inde est ꝙ homo nālr appetit felicitatē.
Et eodē modo deus naturaliter amat suā bonitatē: sicut
etiā naturalr intelligit suam veritatē. Sicut ergo filius
naturalr pcedit a pr̄e vt verbū: ita spūs sanctus natura-
liter pcedit ab eo vt amor. Nec tn̄ spūs sanct⁹ pcedit per
modū nature. hoc. n. pcedere dr̄ in diuis per modū nāe:
qḋ pcedit sicut ea que in creaturis a nā pducūtur: ⁊ nō a
volūtate. Sic ergo differt nālr produci: ⁊ pduci per mo-
dum nāe. Diciẜ. n. aliqd produci nālr: pp nālē hītudineꝫ
quā hꝫ ad suū pncipiū. per modū vero nature pduci dici
tur qḋ pduciẜ ab aliquo pncipio sic pducēte: sicut natu-
5m ra pducit. ¶ Ad 5m dōm: ꝙ naturalis necessitas sm quā
volūtas aliqd ex necessitate velle diciẜ: vel felicitatē: li-
bertati volūtatis nō repugnat: vt Aug. docet in 5° li. de ci.
dei. Libertas. n. volūtatis: violētie vel coactioni opponi
tur. Nō est aūt violētia vel coactio in hoc ꝙ aliqd sm or-
dineꝫ sue nature mouetur: sed magis in hoc ꝙ naturalis
motus impeditur: sicut cūꝫ ipeditur graue ne descendat
ad mediū. vnde voluntas libere appetit felicitatem: licꝫ
necessario appetat illā. Sic aūt ⁊ deus sua volūtate amat
seipsum: lꝫ de necessitate amet seipsum. Et necessariuꝫ est
ꝙ tantū amet seipsuꝫ: quātū bonus est: sicut tātū itelligit
seipsum quātū est. libere ergo spūs sanct⁹ pcedit a patre.
Nō tn̄ possibilr: sed ex necessitate. Nec possibile fuit ipm
pcedere minorē pr̄e. sed necessariū fuit ipsuꝫ pr̄i esse eq̄-
lem: sicut ⁊ filium qui est verbū patris. ¶ Ad 6m dōm: ꝙ 6
creatura nō pcedit a volūtate diua nālr: neqꝫ ex necessi-
tate: lꝫ enim deus sua volūtate nālr ⁊ ex necessitate: amet
suā bonitatē: ⁊ talis amor procedēs sit spiritus sanct⁹: nō
tamē naturaliter aut ex necessitate vult creaturas pdu-
ci: sed gratis. Non eniꝫ creature sunt vltimus finis volū-
tatis diuine: neqꝫ ab eis dependet bonitas dei qui est vl-
timus finis: cuꝫ ex creaturis diuine bonitati nihil accre-
scat. Sicut etiam homo ex necessitate vult felicitatē: nō
tn̄ ea que ad felicitatē ordinantur. ¶ Ad 7m dōm: ꝙ licꝫ 7
natura ⁊ voluntas in deo non differant re: sed rōne tn̄: tn̄
ille qui procedit per modū volūtatis: opꝫ ꝙ realr diffe-
rat ab eo qui pcedit per moduꝫ nāe: ⁊ vna pcessio realr
ab alia differat. Dictum est enī ꝙ processio per modū na-
ture itelligitur: qn̄ aliquid procedit ab aliquo: sicut illud
qḋ pcedit a natura. Et similiter per modū volūtatis. quā-
do pcedit sicut id quod procedit a voluntate. Semper
enim volūtas aliquid producit aliqua processione pſup-
posita. Non enim volūtas in aliqd tēdit: nisi pexistente
pductiōe itellectus aliqd cōcipientis: cum bonuꝫ itelle-
ctum moueat volūtatem. processio autē que est a natura-
li agēte: nō pſupponit aliā pcessionē: nisi per accidens: in-
quātum. s. vnum naturale agens depēdet ab alio natura-
li agente. Sed tn̄ hoc non pertinet ad rōnem nature: in-
quantū natura est. Unde illa pcessio per moduꝫ nature
itelligiẜ in diuinis: que nullā aliā presupponit. Illa vero
per modū volūtatis. que ex presupposita pcessione pn̄m
sumit. Et sic opꝫ pcessionē esse ex pcessione: ⁊ pcedētem
ex pcedente. hoc aūt facit realē drīaꝫ in diuis. ¶ 8m cō- 8m
cedimus. ¶ Ad 9m dōm: ꝙ vtriusqꝫ processionis similitu- 9m
dinem deus indidit creaturis. Sed tn̄ per processionem
que est per modū nāe: natura in rebus creatis cōicari po-
test. Effectus. n. est similis agēti: inquātū est agens. vnde
per actionē cuius natura est pncipiū: effect⁹ nāꝫ recipere
pōt. Sꝫ p actioneꝫ cui⁹ volūtas est pn̄m effcūs nō pōt re-
cipere nisi similitudinē eius qḋ est in volūtate: sicut finis
vel forme: vt in artificialib⁹ pꝫ. Quicqd aūt est in deo est
diuina nā. vnde oportet ꝙ per vtranqꝫ processionē natu- 10m
ra cōicetur. ¶ Ad 10m dōm: ꝙ cum diciẜ i diuinis proces-
sio per modū nature vel volūtatis: nō ponitur in deo mo-
dus qui sit qualitas diuine substātie superaddita: sꝫ ostē-
diẜ silitudinis cuiusdā cōpatio iter pcessiones in diuis ⁊ 11m
pcessiōes q̄ sunt in reb⁹ creatis. ¶ Ad 11m dōꝫ: ꝙ in diuis
processio que est per modū intellect⁹: nō distinguiẜ a pro-
cessione que est per modum nature. Distinguitur aūt ab
vtraqꝫ processio que ē per modū volūtatis. Et hec pp̄ter
tria. Primo qdem qꝛ sicut processio que est per modum
nature nō pexigit aliam processionem: ita nec processio
que est per modū intellectus. processio autem que est per
modum volūtatis: de necessitate pexigit processionē que
est per modū itellectus. 2° qꝛ sicut natura producit aliqd
in similitudinē sui: ita ⁊ itellectus taꝫ intra q̄ extra. In-
tra. qdē sicut verbum est similitudo rei itellecte: ⁊ itelle-
ctus intelligētis seipsum. Extra aūt sicut forma itellecta
induciẜ in artificiatum. Voluntas autem non producit
suam similitudineꝫ: nec intus nec extra. Intus quidē nō:
qꝛ amor qui est intranea processio volūtatis: non est simi
litudo aliqua voluntatis vel voliti: sed quedā impressio
relicta ex voluntate in volito: aut quedam vnio volentis

ad alterum. Extra autez non: quia voluntas imprimit in
artificiatum formā itellectā prius q̄ volitā sm ordinē ra/
tionis. vñ pricipalr est silitudo itellectus: licet secūdario
volūtatis. 3° q2 ꝓcessio nature est tm̄ ab vno sicut ab agē
te: si sit ꝑfectū agēs. Nec obstat ꝙ in aialibus generatur
aliqd ex duob⁹. s. ex patre ⁊ matre. Nā solus pater ē agēs
in generatiōe: mater vero patiēs. Silr aūt ꝓcessio itelle/
ctus est ab vno solo. Sed amicitia que est amor mutuus
12m ꝓcedit ex duob⁹ adiuicē se amantib⁹. ¶ Ad 12m dōm. ꝙ
licet in diuinis nō ꝓprie dicatur genus ⁊ species: vel vlē
⁊ particulare: tamē vt de diuinis sm quādā silitudinem
creaturaꝝ loquamur: pater ⁊ fili⁹ ⁊ spūs scūs distiguūtur
sicut plura idiuidua vnius speciei: vt etiam Dama. dicit
Sed attēdēdū est ꝙ in aliquo idiuiduo in genere substā
tie possumus speciē duplr ꝯsiderare. Uno modo speciez
hipostasis ipsius. Alio mō speciē ꝓprietatis idiuidualis.
Dato. n. ꝙ sor. sit alb⁹: ⁊ plato sit niger: ⁊ posito ꝙ albedo
⁊ nigredo sint ꝓprietates idiuiduātes sortē ⁊ platonē: ve
rū erit dicere ꝙ sor. ⁊ plato sunt vnū specie: sub qua specie
hipostases ꝯtinētur. Cōueniūt. n. in humanitate: sed disti
guūtur sm speciē ꝓprietatis. Albedo. n. ⁊ nigredo specie
differunt. Et similiter est in patre ⁊ filio. Cōsiderātur. n.
vt vnū specie: cuius iste hipostases sunt supposita: inquā/
tum cōueniūt in vna natura deitatis: sed sm speciem pro
prietatis personalis iueniūtur differre. paternitas. n. ⁊ fi/
liatio sunt relationes sm spēm diuerse. Sciendū est etiā
ꝙ generatio in rebus creatis per se ordinat̄ ad spēm. Na
tura. n. intendit generare hominē. Unde ⁊ nā spēi per ge
nerationem multiplicat̄ in rebus creatis. processio autē
in diuinis est ad multiplicationē hypostasum: in quibus
natura diuina vna nūero inuenit̄. Unde ꝓcessiones in di
uinis sunt differentes q̄si sm spēz: ꝓpter dr̄iam ꝓprieta/
14m tum ꝑsonalium: licz in ꝓcedentib⁹ sit vna nā cōis. ¶ Et ꝑ
15m hoc pz solo ad 13m ⁊ ad 14m. ¶ Ad 15m dōm: ꝙ. s. s. ꝓcedit
a p̄re ⁊ filio inquātū sunt plures: si habeatur respect⁹ ad
supposita spirātia. Cuz. n. spiritus sanctus sit amor mutu⁹
⁊ nexus duoꝝ. opz ꝙ a duob⁹ spiretur. Sed si habeat̄ re/
spectus ad id quo spirantes spirāt: sic ꝓcedit ab eis iquā/
tum sunt vnū in nā diuina. Nō. n. pōt ab aliquo ꝓcedere
16m deus nisi a deo. ¶ Ad 16m dōm: ꝙ ꝓcessio que condiuidi
tur paternitati ⁊ filiationi: ē proprietas ꝑsonalis spūs san
cti. Que licet sit relatio: q2 tm̄ nō est noiata. sic paternitas
⁊ filiatio: significat̄ nomine ꝓcessionis: ac si filiatio esset
inominata: ⁊ significaret̄ noīe natiuitatis: qđ est spāle no
mē ꝓcessionis filij. Processio aūt spūs sancti non hz spe/
ciale nomē. eo ꝙ per talē modū ꝓcessionis non inuenitur
in creaturis aliqua natura cōicari: vt iam dictū est. Noia
vero a creaturis in diuina transferim⁹. vnde non sequit̄
17m ꝙ ꝓcessio cōis in diuinis sit vna tm̄. ¶ Ad 17m dōz: ꝙ in
creatura que est accidentiū susceptiua: pōt aliquid eē qđ
non est rei nā: nō aūt in deo. Et ꝓpter hoc in diuinis sm
quēlibet modū ꝓcessionis cōmunicat̄ nā: nō aūt in crea/
turis: licz sint in eis processiones diuerse. Et tm̄ nā non cōi/
18m catur nisi per vnum modū. ¶ Ad 18m dōm: ꝙ ꝓcedere a
patre sm modū coeternitatis competit processioni filij:
inquātū est processio diuina. vnde conuenit etiam proces
sioni spiritus sancti. Tamē nō cōpetit ꝓcessioni filij sm
19m ꝙ distinguitur a ꝓcessione spūs sancti. ¶ Ad 19m dōz: ꝙ
filius est sufficiēs ratio processiōis temporalis creature
vt verbū ⁊ exēplar: sed opz ꝙ spūs scūs sit ratio ꝓcessiōis
creature vt amor. Sicut etiā dr̄ sapīe 9°: ꝙ deus facit oia
suo verbo: ita dicitur sap. 11°: ꝙ diligit oia que sunt: ⁊ nihil
odit eoꝝ q̄ fecit. Et Diony⁹ dicit 4°. ca. de diui. no. ꝙ di/
20m uinus amor nō ꝑmisit ipsum sine germie esse. ¶ Ad 20m
dōm: ꝙ natura perfecta in multas oꝑationes potest: licz
ad vnāquāqz oꝑationē ei pauca sufficiant. ¶ Ad 21m di/ 21m
cendum ꝙ a patre vno ⁊ solo: est vna sola ꝓcessio. s. filij.
A patre autē ⁊ filio simul: est alia ꝓcessio scilicet spiritus
sancti. ¶ Ad 22m dicenduz. ꝙ processio spiritus sancti ē 22m
ꝓcessio amoris. per processionē aūt amoris nō ꝓducitur
aliquid vt recipiens formā eius a quo ꝓcedit siue nām.
Et ideo ꝓcessio amoris non habet rōnem gn̄ationis vel
natiuitatis. Sed ꝙ spiritus sanctus nām ⁊ formā dei pa/
tris recipiat sua ꝓcessione: hoc habet inquātuz est amor
dei: in quo non est aliquid qđ non sit natura ipsius. ¶ Et
per hoc pz responsio ad 23m. ¶ Ad ea etiam quibus ostē/ 23m
debatur ꝙ sunt in diuinis plures processiones q̄ due re/
spondendū est. ¶ Ad quoꝝ ꝑmū dicendū: ꝙ in diuinis 24m
vna ⁊ eadē est processio que est per moduz itellectus: ⁊ q̄
est per modū nature: vt supra ostēsum est. ¶ Ad 2m dōz: 25m
ꝙ natura humana materialis est. i. ex materia ⁊ forma
composita: ⁊ ideo in hominibus processio per modū na/
ture: nō pōt eē nisi sm aliquā transmutationem natura/
lem. processio autem que est per moduz intellect⁹: semꝑ
est imaterialis: sz ꝙ ipse itellectus imaterialis est. vñ in
hominibus nō potest esse vna ⁊ eadem processio que est
per modum nature: ⁊ que est per modū intellect⁹. In di/
uinis aūt est vna ⁊ eadē: eo ꝙ natura diuina imaterialis
est. ¶ Ad 3m dōm: ꝙ aliud est procedere in alteruz: ⁊ ali/ 26m
ud est procedere ab alio. procedere. n. in alterum est suaz
similitudinem alteri cōicare. Et per hunc modū est itelli
genda diuine bonitatis ꝓcessio in creaturas sm Diony⁹.
ꝓcedere aūt ab alio est esse ab alio habere. Et sic loqmur
hic de ꝓcessione: sm quem modū constat ꝙ non conue/
nit patri procedere.

¶ De ordine processionis ad relationē in diuinis.

TErtio queritur de ordine ꝓcessiōis ad
relationē i diuinis. ¶ Et videt̄ 1m
ꝙ processio sm intellectum sit ꝑor relatiōe
in diuinis. Dicit. n. magister in 27a di. ꝑmi li.
sententiarū: ꝙ pater semꝑ est pr̄: q2 semꝑ ge/
nuit filium. Generatio aūt ꝓcessionē significat. pater āt
relationē. ergo ꝓcessio sm itellectū ꝑcedit relationes in
diuinis. ¶ P. phs dicit in 5°. meta. ꝙ relationes ex actio/ 2m
nibus inascunt̄. vel ex quātitatib⁹. Constat āt ꝙ relatio/
nes diuine non inascunt̄ ex quātitate. ergo secunduz mo
dum intelligendi cōsequuntur ex actione. ꝓcessiōes aūt
in diuinis personis significantur per modum personaliū
actionū. ergo ꝓcessiones in diuinis procedūt sm intelle/
ctum relationes. ¶ P. absolutuz est prius relatiuo sicut 3m.
vnum est prius q̄ multa. Sed actiones magis ad abso/
luta accedunt q̄ relationes. ergo priores sunt sm itelle/
ctum. ¶ Preterea. omne relatiuum ad aliud dicit̄. Non 4m
autem pōt esse aliud vbi non est distinctio. ergo relatio
distinctionem presupponit. Distinctio aūt in diuinis per/
sonis est sm originē: put. s. vnus procedit ab alio. ergo ꝓ/
cessiones sm itellectū precedunt relationes in diuinis.
¶ Preterea. omnis processio precedit sm intellectum 5m
processionis terminū. Filiatio aūt que est relatio filij: est
termin⁹ natiuitatis: que est eiusdem filij processio. ergo
processio filij precedit filiationem. Sed filiatio ⁊ pater/
nitas sunt simul natura ⁊ tempore: sed etiam intellectu:
quia vnum relatiuorum est de intellectu alterius. Na/
tiuitas ḡ filij precedit paternitatē sm intellectū: ⁊ multo
magis generatio que est actus patris. Processiones ergo
simplr relationes ꝑcedūt sm intellectum in diuinis.

Sed contra. prius sm intellectum est persona 3p
q̄ actio personalis. Relatiōes aūt
sunt constitutiue personaꝝ. ꝓcessiones autem sunt quasi
personales actiones. ergo prius sm intellectū sunt rela/

2ᵐ tiones ꝙ processiones. ¶ P̄. processio opȝ ꝙ sit alicuius
ab alio. Sicuti.n. nulla res generat seipsaȝ vt sit: vt Aug.
dicit in p̄mo de tri. Ita nulla res a seipso p̄cedit. processio
ergo distictionē in diuinis reqrit. Distinctio aūt nō est in
diuinis nisi per relationes. ergo processiones in diuinis
presupponunt relationes.

Respondeo. dōm ꝙ ordo absq; distictiōe nō est. Unde vbi nō est distictio ſm rē: sed solū ſm modū itelligēdi: ibi nō pōt esse ordo nisi ſm modū itelligēdi. Distictio aūt ſm rem in diuinis: nō est nisi psonaꝝ adīuicē: τ oppositaꝝ relationū. vñ in diuinis nō est ordo realis nisi q̄tū ad psonas iter quas est ordo nature: ſm Aug. put est alter ex altero: nō ꝙ alter sit pⁱor altero. Processiones aūt τ relatōes nō distiguūtur in diuinis ſm rē: sed solū ſm modū itelligēdi. Unde τ Aug. dicit de fide ad Petrū. ꝙ p̄priū patris est ꝙ genuit filiū. In quo daᷓ itelligi ꝙ generare filiū sit p̄p̄etas p̄ris. Nec est alia p̄prietas ꝙ̄ paternitas: que dicitᷓ esse p̄ris p̄prietas psonalis. Nō est ergo iter p̄cessionē τ relationē in diuinis q̄rendus ordo ſm rem: sed ſm modū intelligendi tantuȝ. Sicut aūt relatio τ processio in diuinis sunt idē ſm rem: τ differāt ſm rationē tātū: ita τ ipsa relatio q̄uis sit vna ſm rem: est tamē multiplex ſm modū intelligēdi. Intelligimus enim ipsam relationem vt constitutiuaȝ psone. Qđ quidem non habet inq̄tum est relatio. Quod ex hoc p3: q2 relationes in rebus humanis non constituunt psonas: cū relationes sint accidentia: persona vero est aliqd subsistens in genere substantie. Substantia aūt per accidens cōstitui non potest: sed habet hoc relatio in diuinis ꝙ personam constituat: inquātū est diuina relatio. Ex h enim hȝ ꝙ sit idē cū diuina essentia: cum in deo nullū accidens esse possit. Relatio.n. q2 ſm reȝ est ipsa natura diuina: hypostasim diuinā cōstituere pōt. Est ergo aliᵘ modus intelligendi quo intelligitur relatio vt constitutiua diuine persone: τ alius quo intelligitur relatio vt relatio est. Unde nihil p̄hibet ꝙ quātū ad vnū modū intelligēdi relatio presupponat p̄cessionē: quātū vero ad aliuȝ sit ecōuerso. Sic ergo dicendū est ꝙ si considereᷓ relatio vt relatio est: p̄supponit processionis intellectū. Si autē cōsidereᷓ vt est constitiua persone: sic relatio que est constitutiua persone: a qua ē p̄cessio: est prior secūdū intellectum ꝙ̄ processio: sicut paternitas inquātū est constitutiua persone patris: est pⁱor secūdū intellectū ꝙ̄ generatio. Relatio aūt q̄ est constitutiua psone p̄cedentis. ēt inquātuȝ est constitutiua persone: est posterior scđm intellectū ꝙ̄ p̄cessio: sicut filiatio ꝙ̄ natiuitas. Et hoc ideo: q2 psona p̄cedens intelligitur vt terminᵘ p̄cessionis.

Ad p̄ᵐ **Ad primum** ergo dōȝ ꝙ magister loquitur de paternitate considerata ſm ꝙ re-
2ᵐ τ 3ᵐ
4ᵐ latio est. Et similr̄ dōm ad 2ᵐ τ 3ᵐ. ¶ Ad 4ᵐ dōȝ: ꝙ in re-
bus in quibus relationes sunt accidentia: opȝ ꝙ relatio
presupponat distinctionē. In diuinis aūt ꝯstituūt relatio
5ᵐ nes tres psonas distinctas. ¶ Ad 5ᵐ dōȝ: ꝙ paternitas ē
de intellectu filiationis: τ eꝯ: ſm ꝙ vtrūq; consideratur
vt relatio quedam. Sic autem dicimᵘ ꝙ relatiōes sequū
tur processiones ordine intellectus.

ad argᵃ in 3ᵘᵐ **Alie due** rōnes p̄cedūt de relationibᵘ ſm ꝙ sunt cōstitutiue personarum.

¶ Utrū spūs sanctus procedat a filio.

Quarto queritᷓ vtꝝ spūs sanctus p̄cedat
p̄ᵐ a filio. ¶ Et videᷓ ꝙ nō. Dicit
enī Dionyᵘ. in 2ᵒ c. de diui. no. ꝙ filiᵘ τ spūs. s.
sunt sicut flores deigene diuinitatis. Flos aūt
non est a flore. ergo spiritus sanctus non est a
2ᵐ filio. ¶ P̄. si filius est p̄ncipiū spūs sancti: aut hoc hȝ a se:
aut ab alio. A se non habȝ. Non.n. filio inquātū filius est
conuenit esse p̄ncipiū: sed magis esse a p̄ncipio. Si aūt hȝ
hoc a patre: opȝ ꝙ hoc modo sit p̄nᵐ sicut pater. pater aūt
est principiū per generationē. ergo filius erit principium
spiritus sancti per generationē: τ ita spūs sanctus erit fili
us filij. ¶ P̄. quicq̄d est cōe patri τ filio: silr̄ cōuenit vtri 3ᵐ
q;. Si ergo esse p̄ncipium est commune patri τ filio: fili-
us erit principium eo modo quo pater. pater autem est
p̄ncipiū per generationē. ergo τ filius. τ sic idem qđ pⁱus
¶ P̄. filius ideo filius est: q2 procedit a patre: τ est verbū 4ᵐ
ipsius. Spiritus aūt sanctus dicitur verbū filij ſm Basi
liuȝ: qui hoc accipit ex eo qđ Apostolus dicit hebr̄. i. ꝙ fi-
lius portat omnia verbo virtutis sue. Si ergo spūs scūs
procedit a filio: oȝ ꝙ sit filius filij. ¶ P̄. lȝ ſm reȝ pater- 5ᵐ
nitas τ filiatio per pⁱus sit in deo ꝙ̄ i nobis: ſȝ illud Apo-
stoli ad ephe. 3ᵒ. ex quo. s. deo patre oīs paternitas in celo
τ in terra nominaᷓ: tñ ſm nominis ipositionē hec nomia
translata sunt ab humanis ad diuina. Sed in humanis
procedens a filio vocatur nepos. Si ergo spiritus sanctᵘ
procedit a filio: erit nepos dei p̄ris: qđ est absurdū. ¶ P̄. 6ᵐ
proprietas filij est in accipiendo. Ex hoc.n. filius dicitur
ꝙ accipit nām patris per generationem. Si ergo filiᵘ ex
se emittat spiritū sanctū: erūt in filio p̄prietates cōtrarie:
qđ est incōueniēs. ¶ P̄. q̄cq̄d est in diuinis: aut est cōmu 7ᵐ
ne: aut propriū. Emittere aūt spūȝ sanctū non est cōe toti
trinitati. Non.n. ꝯuenit spiritui. s. ergo est p̄priuȝ patris.
Et sic non conuenit filio. ¶ P̄. spūs. s. amor est: vt Augu. 8ᵐ
p̄bat in li. de tri. Amor aūt patris in filiū gratuitᵘ est. Nō
enim amat filium q̄si aliqd ab eo accipiens: sed solū q̄si
aliquid ei dans. Amor.n. filij in p̄reȝ est amor debitᵘ. Sic
enim amat patrē q̄si aliquid ab eo accipiens. Amor autē
debitus est alius ab amore gratuito. Si ergo. s. s. sit amor
a patre τ filio procedens: sequiᷓ ꝙ sit alius a seipso. ¶ P̄. 9ᵐ
spūs sanctus est amor gratuitus. vnde τ ab eo profluūt di
uisiones gratiarum ſm illud. i. ad cor. 12ᵒ. diuisiones gra-
tiarū sunt: idem vero spūs. Si ergo amor filij in patrem
non est amor gratuitus: spūs sanctus non erit amor filij:
Nō ergo procedit a filio. ¶ P̄. si spiritus sanctus p̄cedit 10ᵐ
a filio vt amor: cum filius amet patrem. sicut mater fili-
um: oportebit ꝙ spūs sanctus sicut procedit a patre in fi-
lium: ita procedat a filio in patrem. hoc aūt est impossibi
le: vt videᷓ. Sequereᷓ enim ꝙ pater aliquid a filio reci
peret: qđ penitus esse nō potest. ¶ P̄. sicut pater τ filius 11ᵐ
diligunt se: ita filiᵘ τ spūs sanctus: vel pater τ spiritus san
ctus. Si ergo spūs sanctᵘ procedit a patre τ filio: q2 pater
τ filius diligunt se: pari rōne quia pater τ spūs scūs dili-
gunt se: procedit spūs sanctus a seipso: qđ est impossibile.
¶ P̄. Dionyᵘ dicit in p̄mo cap. de diui. no. Uniuersaliter 12ᵐ
non est audendū dicere aliqd: nec etiam cogitare de sup-
sbali occulta diuinitate: preter ea que diuinitᵘ nobis ex
sacris eloquijs sunt expressa. In scriptura āt sacra nō ex-
primitur ꝙ spūs sanctus procedat a filio: sed soluȝ ꝙ pro
cedit a patre: ſm illud Jo. 15ᵒ. Cum venerit paclitus queȝ
ego mittā vobis a patre spūm v̄itatis qui a patre p̄cedit.
Nō ergo dōm est nec cogitanduȝ: ꝙ spūs. s. p̄cedat a filio
¶ P̄. in gestis p̄me ephesine synodi sic dr̄: ꝙ p̄lecto sym- 13ᵐ
bolo nicene synodi: decreuit sancta synodus aliam fideȝ
nulli licere proferre vel conscribere vel cōponere: preter
diffinitā a sanctis patribᵘ: q in nicea ꝯgregati sunt cū spū
sancto. p̄sumētes aūt aut cōponere fidē alteraȝ: aut p̄ten
dere: aut p̄ferre volentibᵘ cōuerti ad noticiā veritatis:
vel ex paganitate: vel ex iudaismo: vl̄ ex heresi aliq̄: hos
siquidē sint ep̄i aut clerici: alienos esse ep̄os ab ep̄atu: et
clīcos a clericatu: si v̄o sint layci anathematizati. Et silr̄
i gestis calcedonēsis synodi post recitatā determiatiōeȝ

ↄcilioꝝ subdit̃. Eos aũt qui ausi sunt cõponere fidẽ alte-
ram: aut proferre: aut docere: aut tradere alterũ symbolũ
volentib⁹ vel ex gentilitate ad cognitionẽ veritatis: vel
iudeis: vel ex heresi quacũq; conuerti: hos si epi fuerint:
vt clerici alienos eẽ epos ab epatu: ꝛ clericos a clero. Si
vero monachi aut layci fuerit: anathematizati. In pmis-
sa aũt cõcilij determinatione nõ habet̃ ꝙ spũs.s. pcedat
a filio: sed solũ ꝙ procedat a patre. legitur etiã in symbo-
lo constantinopolitane synodi. Credim⁹ in spũz scũz dñz
ꝛ viuificantẽ: ex patre pcedentem: cũ patre ꝛ filio adorã
duz ꝛ cõglorificandũ. Nullo ḡ mõ debuit addi in symbo
4ᵐ lo fidei ꝙ spirit⁹.s. pcedat a filio. ¶ P̃. si spũs sanct⁹ dr̃ a
filio pcedere: aut hoc dr̃ propter aliquã auctoritatẽ scri-
pture: aut propter aliquam rõnem. Auctoritas quidẽ sa-
cre scripture ad hoc ostendendũ nulla videt̃ esse sufficiẽs.
habet̃ siqdẽ in sacris scripturis ꝙ spũs scũs sit filij: sicut
dicit̃ Gal. 4. Misit deus spiritũ filij sui in corda vestra:
ꝛ Ro. 8. Si qs spiritũ xpi nõ hz: hic nõ est ei⁹. habet̃ etiã
ꝙ spũs scũs sit missus a filio. Dicit.n. xps Jo. 16. Si.n. nõ
abiero paraclitus nõ veniet ad vos. Si aũt abiero mittã
eũ ad vos. Non aũt seqtur ꝙ spũs scũs pcedat a filio. ex
eo ꝙ est filij: qꝛ hoc huius multiplr̃ dicit̃ ſm phm. Silr̃
etiã neq; ex eo ꝙ spũs scũs dicit̃ missus a filio. Qꝛ licet fi
lius nõ sit a spiritu sãcto: dicit̃ tñ a spiritu sancto missus:
ſz illud Isa. 48. ex psona xpi. Et nũc misit me dñs ꝛ spũs
eius. Et Isa. 41. Spũs dñi sup me: ad euãgelizãdum mã-
suetis misit me: qḋ in se dicit Xps esse cõpletũ. Silr̃ etiã
nõ põt per rationẽ efficaciter pbari. licet.n. spũs scũs nõ
sit a filio: adhuc tamẽ vt videt̃ distincti adinuicẽ remane-
bũt. Differũt.n. suis pprietatib⁹ psonalib⁹. Nihil ergo vi
5ᵐ det̃ cogere ad dicẽduz spiritũ scm̃ pcedere a filio. ¶ P̃.
omne qḋ pcedit ab aliquo habet aliqd ab eo. Si ḡ spũs
scũs pcedat a duob⁹.s. a patre ꝛ filio: opꝫ ꝙ a duob⁹ acci-
6ᵐ piat. Et sic videt̃ sequi ꝙ sit cõpositus. ¶ P̃. de rõne pn-
cipij est ꝙ nõ sit ab alio ſm phz in pmo phy. Sed filius
7ᵐ ẽ ab a⁹.s. a patre. ergo filius nõ est pncipiũ spũs sci. ¶ P̃.
volũtas mouet itellectũ ad operãdum. homo.n. itelligit
quãdo vult. Sed spũs sanctus procedit per modum vo-
luntatis vt amor: filius autem per modum itellectus vt
verbum. Non ergo vr̃ ꝙ spũs procedat a filio: sed magis
8ᵐ econuerso. ¶ P̃. nihil procedit ab eo in quo quiescit. Sꝫ
spũs sanctus a patre procedit: ꝛ in filio quiescit: vt scribit̃
in passione beati Andree. ergo spũs scũs nõ procedit a fi-
9ᵐ lio. ¶ P̃. simplex nõ potest procedere a duobus: qꝛ effe-
ctus esset simplicior ꝛ prior q̃ causa. Sed spũs scũs est
20ᵐ simplex. Non ḡ pcedit a duobus.s. a patre ꝛ filio. ¶ P̃.
si aliquid perfecte procedit ab vno: superfluũ est ꝙ proce
dat a duob⁹. Sed spũs sanctus perfecte procedit a patre
Ergo superfluuz esset ꝙ procederet a patre ꝛ filio simul.
21ᵐ ¶ P̃. sicut pater ꝛ filius sunt vnum in substantia ꝛ natu-
ra: ita pater ꝛ spũs sanctus. Sed spũs nõ ↄuenit cũ patre
in generatione filij. Ergo nec filius cõuenit cum patre in
22ᵐ emissione spũs sci. ¶ P̃. fili⁹ est radius patris: vt pꝫ per
Dionisium in principio celestis hierar. Spiritus autem
scũs est splendor. splẽdor aũt nõ est a radio. Ergo nec spi-
23ᵐ ritus scũs est a filio. ¶ P̃. filius est qḋdã lumẽ patris: cũ
sit verbum eius. Spiritus autem sanctus est sicut calor:
est eniz amor quidam. Unde ꝛ super apostolos in specie
ignis apparuit. act. 2°. Calor autem non est a lumie. ergo
24ᵐ nec spũs sanctus a filio. ¶ P̃. Dam. dicit ꝙ spũs sanctus
dicitur esse filij: sed non a filio.

3ᵖ Sed contra est qḋ Athanasius dicit spũs.s. a pa
tre ꝛ filio nõ factus ne creatus nec
2° genitus: sed procedens. ¶ P̃. spũs sanctus dicit̃ tertia in
trinitate persona: 2ᵃ filius: pma pater. Trinarius autem
procedit ab vnitate mediante binario. ergo spũs sanctus
procedit a patre mediante filio. ¶ P̃. cũ inter dinas per- 3°
sonas sit sũma cõuenientia: quelz diuerum personarũ ad
aliã hz imediatã germanitatẽ. Ħ aũt nõ esset si spũs scũs
nõ eẽt a filio. Tũc.n. fili⁹ ꝛ spũs.s. nõ hñent germanitatez
adinuicem imediate. sed solũ mediante patre inquãtum
ambo sũt ab vno. ergo spũs.s. est a filio. ¶ P̃. dine perso-
ne non distinguunt̃ abinuicẽ: nisi ſm originem. Si ergo
spiritus sanctus non esset a filio. non distinguerent̃ ab eo:
quod est inconueniens.

Respondeo. dicẽm ꝙ ſm ea que supra determina-
ta sunt necesse est spũm scũm a filio
pcedere. Opꝫ.n. si fili⁹ ꝛ spũs sanctus sunt due persone:
ꝙ alia sit pcessio vnius: ꝛ alia alterius. Ostensum autem
est supra ꝙ non possunt esse due pcessiones in diuinis ni
si ſm ordinẽ pcessionũ. vt.s. a procedente ſm vnam pro-
cessionez sit alia pcessio. Necesse est ergo ꝙ spũs scũs sit
a filio. Sed preter hanc rõnem etiaz ex alijs rõnibus de
necitate probatur ꝙ spũs scũs sit a filio. Oꝫ.n. ꝙ ois dif-
ferẽtia aliquoꝝ sequat̃ ex pma radice distõnis ipoꝝ: nisi
forte sit dr̃ia per accidẽs: sicut ambulãs dr̃t a sedẽte. Et
hoc iḋ: qꝛ quecũq; per se insunt alicui: vel sunt de eẽntia
eius: vel consequũtur eẽntialia pncipia: ex quibus est pri
ma radix distinctionis rerũ. In diuis autem nõ potest eẽ
aliquid per accidens. Quia omne qḋ inest alicui per ac-
cidens: cum sit extraneũ a natura eius: opꝫ ꝙ conueniat
ei ex aliqua exteriori cã: qḋ non põt dici in diuis. Oportꝫ
ergo ꝙ omnis dr̃ia dinaꝝ personaꝝ adinuicem: sequat̃
ex prima radice distinctionis eaꝝ. Prima aũt radix di-
stinctionis patris: ꝛ filij ẽ ex paternitate ꝛ filiatione. Oꝫ
ergo ꝙ omnis differẽtia que est iter prẽm ꝛ filium: sequa
tur ex hoc ꝙ ipse est pater: ꝛ ille filius. Esse aũt principiũ
spũs sci nõ cõuenit patri inquãtũ pr̃ est: rõe paternitatis.
Sic.n. non refert̃ nisi ad filiũ. vñ sequeret̃ ꝙ spũs.s. esset
filius. Similr̃ autẽ nec hoc repugnat rationi filiatõis: qꝛ
ſm filiationẽ nõ refert̃ alicui nisi ad patrẽ. Nõ ergo põt
esse dr̃ia iter prẽm ꝛ filiũ in ħ ꝙ pater sit pn⁹ spũs sci nõ
aũt filius. Item sicut in li. de synodis dicit̃. Creature pro
prium est ꝙ voluntate sua deus eã pduxerit. Quod Hil.
ex hoc probat: ꝙ creatura nõ est talis qualis est deus: sed
qualem deus eam voluit est. quia vero filius est talis q̃-
lis est pater: dicit̃ ꝙ pr̃ genuit filium nãlr. Eadem autez
rõne spũs scũs est a patre naturalr: qꝛ ẽ filio ꝛ eq̃lis patri.
Nã.n. producit sibi silẽ. Oportet aũt ꝙ creatura que est
a patre ſꝫ suã volũtatẽ: sit etiam a filio: qꝛ eadẽ est volun-
tas patris ꝛ filij. Similr̃ aũt ꝛ eadẽ est natura vtriusq;.
Opꝫ ergo ꝙ sicut spirit⁹ scũs ẽ a patre: ita sit a filio. Nec
tñ sequitur ꝙ filius vel spũs scũs sint a spiritu scõ: licꝫ ꝛ
ipse habeat vnam naturã cũ patre: sicut sequitur ꝙ crea-
tura est ab eo inquãtũ hꝫ vnã volũtatẽ cũ patre: pꝑter re
pugnantiã que sequeret̃: si spũs scũs diceret̃ esse a seipso:
vel si ab eo diceret̃ eẽ filius: qui est eius pncipium. Hoc
autez apparet alio mõ. Non.n. potest esse in diuis psonis
distictio nisi ſm relationes. Ea.n. que absolute dicuntur
in diuis: eẽntiã significãt: ꝛ cõia sũt: vt bonitas sapiẽtia: ꝛ
hꝰ. Relatiões autez diuerse: non possunt facere distõnẽ
nisi rõne sue oppositionis. Diuerse.n. relationes possunt
esse vnius ad idem. pꝫ.n. ꝙ idẽ eiusdẽ põt esse filius disci
pulus equalis ꝛ quecũq; alie relationes: que oppositionẽ
non icludant. Patet aũt ꝙ filius distinguit̃ a patre: per
hoc ꝙ aliqua relatione ad ipm refertur. Et similiter spi-
ritus sanctus a pr̃e distinguit̃: pꝑter aliquam relationez.
Iste ergo relationes quãtũcũq; videant̃ disperate: nullo
mõ poterunt distiguere spiritũ sanctuz a filio: nisi sint op
posite. Oppositio autem alia in diuinis esse non põt: nisi

secūdū originē. prout. s. vnus est ab alio. Nullo ergo mo-
do fili⁹ ⁊ spūs sanctus poterūt esse distincti per hoc ꝙ vter
ꝙ diuersimode referatur ad patrē: nisi vnus eoꝝ referat̄
ad alteꝝ: vt ab eo existēs. Cōstat autem ꝙ filius non est
a spū sancto. De ratione. n. filij est ꝙ nō referat̄ nisi ad pa
trem: vt ab eo existens. Relinquit̄ ergo de necessitate ꝙ
spūs. s. sit a filio. Sed q: pōt aliqs dicere ꝙ ea que sunt fi
dei: non sunt solū rōnibus: sed auctoritatibus cōfirman-
da. Restat ondere per auctoritates sacre scripture ꝙ spi
ritus. s. sit a filio. habet̄. n. in plurib⁹ sacre scripture locis
ꝙ spūs. s. sit filij. Sicut Ro. 8°. Qui spūꝫ xpi nō hꝫ: hic nō ē
eius: ⁊ gal. 4°. Misit deus spm̄ filij sui in corda vestra: et
act. 16°. Tentabant ire in bithyniam: ⁊ non permisit eos
spūs Jesu. Nō. n. potest itelligi ꝙ spūs. s. sit spūs xpi solū
sm̄ humanitatem quasi ipsum replens: q: spūs. s. est alic⁹
hominis vt habentis: non autem vt dantis. Filij autem
est spiritus sanctus vt dantis ipsum: secundum illud p^a
Jo. 4. In h cognoscimus qm̄ in eo manem⁹: ⁊ ipse in no-
bis: q: de spū suo dedit nobis. Et act. 5°. dicit̄ ꝙ dedit spm̄
scm̄ obedientibus sibi. Opꝫ ergo ꝙ dicatur esse. s. s. filij:
inquātū est diuina persona. Aut ergo dr̄ esse absolute ei⁹:
aut dr̄ esse eius: vt spūs eius. Si aūt absolute: tunc opꝫ ꝙ
sit aliq̄ auctoritas filij respectu spūs sancti. Apud nos. n.
potest dici aliqs esse alteri⁹ sm̄ quid: q nō habet auctori-
tatem respectu ipsius. Sicut cū dr̄: Petrus est socius Jo-
annis. Sed non potest dici: Petrus esse Joannis absolu-
te: nisi sit quedam possessio eius: sicut seruus hoc ipso ꝙ
est dicit̄ esse dn̄i. In diuis aūt nō pōt esse aliquid seruiēs
vel subiectū. Sed itelligitur ibi auctoritas sm̄ solam ori
ginem. Oportebit ergo ꝙ spūs sanct⁹ habeat originē a fi
lio. Et idē sequit̄ si dicat̄ spūs. s. esse filij vt spūs eius: quia
spūs sꝫ ꝙ est nomē personale: iportat relationē originis
ad spirantē: sicut filius ad generantē. Silr̄ ēt inuenit̄ in
scripturis ꝙ filius mittit spm̄ scm̄. sicut supra dictuꝫ est.
Semper aūt mittens videt̄ habere auctoritatem supra
missum. Auctoritas autē i diuis: vt dcm̄ est: non est nisi
sm̄ originē. vnde seqtur ꝙ spūs sanctus originē habeat a
filio. habetur autem ex sacra scriptura ꝙ per spm̄ sanctū
configuramur filio. sm̄ illud Ro. 8°. Accepistis spm̄ ado-
ptionis filioꝝ: ⁊ Gal. 4°. Qm̄ estis filij dei: misit de⁹ spm̄
filij sui i corda vestra. Nihil aūt cōfigurat̄ alicui: nisi per
eius ꝓpriū caracterē. In naturis ēt creatꝭ ita est ꝙ id qd
conformat aliqd alicui est ab eo: sicut semen hoīs nō as-
similat equoꝝ hoī a quo est. Spūs aūt scūs ē a filio tāq̄
proprius caracter eius. vnde dr̄ de xpo. 2° ad cor. p^mo. ꝙ
signauit nos ⁊ vnxit nos: ⁊ dedit pignus spūs in cordibus
nr̄is. Expressius aūt est qd habet̄ Jo. 16°. ex ꝑsona filij: de
spū scō dicentis. Ille me clarificabit: q: de meo accipiet.
Cōstat autem ꝙ nō accipit a filio. s. s. q̄si prius nō habēs: q:
sic esset mutabilis ⁊ idigentis nature. Constat ergo ꝙ ab
eterno accepit a filio. Nec potuit accipere aliqd qd nō sit
ei⁹ eēntia ab eterno. ergo accepit. s. s. essentiā de filio. Ra
tionem autem quare de filio acceperit. s. s. ipsemet filius
subiūxit dicens. Omnia quecūq: habet pr̄: mea sunt: pro-
pterea dixi ꝙ de meo accipiet q̄si diceret: q: eadē ē eēn-
tia prīs ⁊ mea: nō pōt. s. s. eē de essentia prīs qn̄ sit de mea
eēntia. Traditur etiā in sacra scriptura ꝙ filius per spm̄
operatur: sicut habetur Ro. 15°. per me efficit xps. s. mira-
cula ⁊ alia bona. dicit Apl̄s in spū. s. i. per spm̄ scm̄: ⁊ hebr̄.
9°. dr̄: ꝙ per spm̄ scm̄ obtulit semetipsuꝫ. Quādocūq: aūt
aliquis per aliquē dicit̄ operari: oꝫ ꝙ vel operans det vir
tutem operatiuam ei per quem operat̄: sicut rex dicitur
operari per prepositū vel balliuū: vel eꝫ sicut cum dici-
tur Balliuus operari per regem. Oꝫ ergo si filius opera-
tur per spm̄ sanctuꝫ: ꝙ vel spūs sanctus det virtutē opati
uam filio: vel filius spūi sancto: ⁊ ita ꝙ vn⁹ alteri det eēn
tiam: cū virtus opatiua vtriusq: nō sit altera q̄ ei⁹ eēntia.
constat aūt ꝙ spūs. s. nō dat eēntiam filio: cū filius nō sit fi-
lius nisi prīs. Reliqtur ergo ꝙ. s. s. sit a filio. Ex hac ergo
rōne per ea que greci confitetur: pōt idē haberi. Cōfitent̄
eni ipsi ꝙ spūs. s. est a patre per filiū: ⁊ ꝙ pater spirat spm̄
scm̄ filiū. Semꝑ autem illud per qd aliqd ꝓducit̄ ē pn⁹
eius qd producit̄. Oportet ergo ꝙ filius sit p̄ncipiū spūs
sancti. Si autē refutāt confiteri ꝙ spūs scūs sit a filio. q:
filius est ab alio: ⁊ sic nō est p̄ma radix originis spūs sci: ma
nifestuꝫ est ꝙ vane mouent̄. Nullus. n. refugit dicere la-
pidē moueri a baculo: lꝫ baculus moueat̄ a manu: nec Ja
cob esse ab Jsaac: lꝫ Jsaac sit ab Abraam. Sed adhuc mi
nus est i proposito refugiēdum. Est. n. vna vis ꝓductiua
prīs ⁊ filij: qd nō accidit i mouētibus ⁊ agētibus creatis.
vnde sicut cōfitendū ē ꝙ creature sunt a filio: lꝫ filius sit
a patre: ita ꝯfitēdū est ꝙ spūs. s. sit a filio: lꝫ filius sit a pa-
tre. Manifestū est ergo ꝙ dicētes spm̄ scm̄ esse a patre ꝑ
filium: nō autem a filio: propriam vocem ignorāt: sicut
Aristoteles de Anaxagora dic̄. volētes. n. esse legis docto
res nō itelligūt neq: de quibus loquunt̄: neq: de quibus
affirmāt: vt dr̄. i. ad Thi. i.

Ad primum ergo dōm: ꝙ filius ⁊. s. s. dicūr flores deigene dinitatis. i. paterne: prout Ad p^m
vterq: a prē est. Sed quātū ad hoc ꝙ spūs. s. a filio est: pt
dici filius esse radix: ⁊ spūs. s. flos. Nō. n. opꝫ vt similitu-
do rerum corporalium obseruetur quātum ad omnia in
dinis. ❡ Ad 2^m dōm: ꝙ filius hoc habet a patre ꝙ ex se 2^m
spm̄ scm̄ emittat. Unde ⁊ eodem modo cōuenit ei sicut ⁊
patri. Sed pater nō est p̄n^m dine persone vno modo tm̄.
sed duob⁹. s. per gnātōnē ⁊ spiratōnem. Unde non potest
cōcludi ꝙ filius sit p̄n^q. s. s. per gnātōnem: sed est fallācō
sequentis: ⁊ p̄cipue cū nec ēt pater sit p̄ncipium spūs. s. ꝑ
generationē. ❡ Et similr̄ dōm ē ad 3^q. ❡ Ad 4^q dōm: 3^m ⁊ 4^m
ꝙ spūs. s. non pōt dici verbū proprie sed cōmuniter: pro-
ut omne qd est manifestatiuū alicuius: verbum ipsius di
citur. Spiritus eni scūs est manifestatiuꝫ filij sm̄ ꝙ de
spū. s. filius dicit Jo. 16°. Ille me clarificabit: q: de meo
accipiet. Filius autem proprie dicitur verbum. quasi cō
ceptio intellectus diuini. ❡ Ad 5^m dōꝫ: ꝙ in humana ori 5^m
gine dr̄ nepos qui eodem modo procedit a filio. Spirit⁹
autem sanctus nō procedit in diuinis a filio: sicut filius
a patre ⁊ ideo ratio non sequit̄. ❡ Ad 6^m dōm: ꝙ esse p̄n- 6^m
cipium non est contrarium ei qd est esse a principio: nisi
intelligatur respectu eiusdem. Non. n. potest esse aliquid
principium eius a quo est: sicut a principio. Unde non se
quitur ꝙ in filio sint contrarie proprietates: si sit a patre
sicut a principio: ⁊ sit p̄ncipium spiritus. s. ❡ Ad 7^m dōm: 7^m
ꝙ omne quod est in diuinis est cōmune vel propriū. Sꝫ
proprium dupliciter dicitur. Uno mō simpliciter ⁊ abso
lute: qd vni soli conuenit: sicut risibile homini. Alio mo-
do dicitur aliquid proprium: non simpliciter: sed ad ali-
quid: vt si dicatur ꝙ rationale est ꝓpriuꝫ homini in com
paratione ad equuꝫ: lꝫ ⁊ alij conueniat. s. angelo. Est ergo
in diuinis aliquid cōmune: qd conuenit tribus personis:
vt esse deum: ⁊ huiusmodi aliquid quod est propriū sim-
pliciter: qd conuenit vni persone tantum: Et aliquid qd
est proprium quo ad aliquid: sicut spirare spm̄ sanctuꝫ: ē
proprium patri ⁊ filio per respectum ad spm̄. s. Tale eniꝫ
proprium oportet in diuinis poni: ēt si spūs sanctus non
sit a filio. Quia esse alio. adhuc remanet proprium filio ⁊
. s. s. in comparatione ad patrem. ❡ Ad 8^m dōm: ꝙ nomē 8^m
debiti in personis diuinis si quis recte dyndicare velit:
non omnino recte sonat. Quia debitum quādā obiectio
nem ⁊ obligationem importat: que in diuinis esse nō pos

sunt. Ricardus tñ de sancto Uict. in suo li. de tri. vtitur
distinctione amoris gratuiti ꝛ debiti: nec itelligit per gra
tuitum: nisi ꝙ non est ab alio: per debitũ vero qđ ab alio
est: fm quẽ moduȝ nihil prohibet intelligi eundẽ amorẽ
esse gratuitum: vt est patris: debitũ vero vt est filij. Ideȝ
est enim amor quo pater ꝛ quo filius amat. Sȝ hũc amo-
9m rẽ filius a patre habet: pater vero a nullo. ¶ Ad 9m dõm.
ꝙ spiritus sanctus est tantũ gratuitus amor: sȝ ꝙ amori
gratuito ꝯtraponitur mercenarius amor: quo aliqđ non
propter seipsum amatur: sed propter aliquẽ extrinsecum
fructuȝ. Secundũ vero ꝙ gratuitus amor dicitur ꝑpter
hoc ꝙ ab alio sumit originẽ. non est ꝯtra rationẽ spiritus
sancti ꝙ sit gratuitus amor. Nã ꝛ ille amor quo per spiri
tũ sanctũ deũ diligimus. originẽ habet ex his que nobis
a deo sunt data. Et sic nihil prohibet etiã amorẽ filij ꝗ ab
10m alio habet qđ amat: spiritũ sanctũ esse. ¶ Ad 10m dõm. ꝙ
spiritus sanctus ꝛ a patre procedit in filiũ. ꝛ a filio in pa-
trẽ: nõ quidẽ sicut in recipientẽ: sed sicut in obiectũ amo-
ris. Dicitur. n. spiritus sanctus a patre in filiũ procedere:
inq̃tuȝ est amor quo pater amat filiũ. Et simili rõne põt
dici ꝙ spiritus sanctus est a filio in patrẽ: inq̃tũ est amor
quo filius patrẽ amat: potest aũt itelligi ꝙ procedat a pa-
tre in filiũ: inq̃tũ filius a patre accipit virtutẽ spiritũ san
ctũ spirãdi. Sed sic nõ potest dici ꝙ ꝑcedat a filio in pa-
11m trẽ: cum a filio nihil accipiat pater. ¶ Ad 11m dõm. ꝙ hoc
verbũ diligit: nõ solũ dicit emissionẽ amoris: sȝ etiã quã-
dã affectionẽ vel dispositionẽ fm amorẽ. Ea vero q̃ in di
uinis emissionẽ dicũt: ꝑsonalr tñ accipi pñt: vt gnãre: spi
rare: ꝛ huiusmõi. [illegible] vero non importat emissionẽ: sed
magis ad infor[illegible]ẽ eius pertinẽt de quo dicunt: eẽn
tialiter in diuinis [illegible]: vt esse bonuȝ: intelligentem: ꝛ hõ.
Et inde est ꝙ spiritus sanctus dicitur diligere: non quasi
amoreȝ emittẽs: sic. n. cõuenit tñ patri ꝛ filio. sed fm ꝙ
12m diligere sumit eẽntialr in diuinis. ¶ Ad 12m dõm: ꝙ hoc
regulariter in sacra scriptura inuenitur: ꝙ id qđ dicit de
pr̃e: opȝ ꝙ de filio intelligatur: ꝛ qđ dicitur de vtroq̃ vel
altero eoꝝ: opȝ itelligi de spũ. s. etiam si dictio exclusiua
ponat: ꝑter illa tñ q̃bꝰ ꝑsone diuine abinuicẽ distiguũt. Sic
qđ dicit Jo. 17°: hec est vita eterna: vt cognoscant te soluȝ
deũ verum: ꝛ quem misisti Jesum xp̃m. Non. n. potest di
ci ꝙ filio non conueniat esse deum veꝝ: qđ ipse filius soli
patri attribuit. Quia cum pater ꝛ filius vnuȝ sint. licȝ nõ
vnus oȝ qđ de patre dicitur de filio quoq̃ intelligi. Nec
etiam negandũ est qꝛ ibi de spũ sancto mentio nõ habet:
in cognitionẽ spiritus sancti vitam eter[illegible]am non esse: cũ
sit vna cognitio triũ. Similr aũt non est subtrahẽda spi-
ritui sancto patris filijq̃ cognitio: licet math. 11°. dicatur.
Nemo nouit filiuȝ nisi pr̃: neq̃ patrẽ quis nouit nisi filiꝰ.
vnde cũ hoc qđ est habere ex se spm̃ scm̃ ꝑcedẽtẽ: nõ per-
tineat ad rationem paternitatis ꝛ filiationis: quibus pr̃
ꝛ filius distinguunt: opȝ vt cũ dr̃ in euãgelio ꝙ spũs scũs
de patre procedit. in hoc ipso intelligat ꝙ ꝑcedat a filio
13m ¶ Ad 13m dõm: ꝙ doctrina catholice fidei sufficiẽter tra
dita fuit in symbolo niceno. vñ sancti patres in sequẽtibꝰ
synodis non intenderũt aliquid addere: sed ꝑpter insur-
gentes hereses: id qđ iplicite cõtinebat explicare studue
runt. vnde in determiatione calcedonẽsis synodi dicit.
pñs nunc sancta ꝛ magna atq̃ vlis synodus ꝑdicationeȝ
hanc ab initio inconcussaȝ docẽs: diffiniunt ꝑncipalr tre-
centoꝝ. 18. sanctorũ patrũ: qui. s. in nicea cõuenerũt fideȝ
als icor- manere intentabilem. Et ꝑpter illos quidem qui aduer-
ruptibi- sum spm̃ sanctũ pugnant: posteriori tempore a patribus
lem. apud ꝯstantinopolim cẽtum. 50. cõgregatis. de suba spũs
traditam doctrinam corroborat: quã illi omnibus notaȝ
fecerũt: non quasi quidem aliquid esse minus in precedẽ

tibus inferentes: sed de spũ sancto intellectuȝ eorum ad-
uersus eos qui dominum eius respuere tẽtauerũt: scriptu
rarum testimonijs declarantes. Et per hunc modũ dõm
est ꝙ processio spũs sancti a filio implicite in symbolo cõ
stantinopolitano cõtinet: inquãtũ cõtinet ibi qđ proce-
dit a patre. Quia qđ de patre intelligitur: oȝ ꝛ de filio in-
telligi: cuȝ in nullo differant: nisi qꝛ hic est filius: ꝛ ille pa
ter. Sed ꝑpter insurgentes errores eorum qui spm̃ a fi-
lio eẽ negabãt: conueniẽs fuit vt i symbolo poneret. Nõ
quasi aliquid additum: sed explicite interpretatuȝ quod
iplicite cõtinebat. Sicut si insurgeret heresis que nega-
ret spm̃ scm̃ esse factorẽ celi ꝛ terre: oporteret hoc explici
te poni: cũ in predicto symbolo hoc nõ dicatur nisi de pa-
tre. Sicut autem posterior synodus potestatẽ hȝ iterpre-
tandi symbolum a priore sinodo cõditũ: ac ponendi aliq̃
ad eius explanationẽ: vt ex ꝑdictis pȝ: ita etiam Roma-
nus pontifex hoc sua auctoritate potest: cuius auctorita-
te sola synodus congregari põt: ꝛ a quo snĩa synodi con-
firmatur: ꝛ ad ipsuȝ a synodo appellat. Que omnia patẽt
ex gestis calcedonensis synodi. Nec est necessariũ ꝙ ad
eius expositionẽ faciendam vniuersale conciliũ congre-
getur: cum q̃nq̃ id fieri prohibeant belloꝝ dissidia: sicut
in 7a synodo legitur: ꝙ Constantinus Augustꝰ dixit: ꝙ ꝑ-
pter iminẽtia bella vlr ep̃os cõgregare non potuit. Sed
tñ illi qui conuenerunt: quedam dubia in fide exorta: se-
quentes snĩam Agathonis pape determinauerũt. s. ꝙ in
xp̃o sint due volũtates ꝛ due actiões. Et similr patres in
calcedonẽsi synodo cõgregati: secuti sunt snĩam Leonis
pape: qui determinauit xp̃m esse in duabus naturis post
icarnationẽ. Attẽdi tñ debȝ ꝙ ex determinatiõe ꝑncipa-
lium concilioꝝ habetur: ꝙ spũs scũs ꝑcedit a filio. Su-
scepit. n. calcedoñ. synodus: sicut i determinatione dicit:
ep̃las beati Cirilli alexandrine ecclesie presulis synodi-
cas ad Nestoriũ: ꝛ ad alios per orientem. In quaruȝ vna
sic legitur. Quoniam ad demõstrationeȝ sue diuinitatis
xp̃s vtebat suo spiritu ad magnas oꝑationes: glorifica-
ri se dicebat ab eo: velut si quispiam dicat eorum qui fm
nos sunt: insita sibi fortitudine vel disciplina vel de quo-
libet: quia glorificabunt me. Sic eniȝ ꝛ est in subsistẽtia
spũs spãli: vel certe intelligitur per se: fm ꝙ spiritus est
ꝛ nõ filius: sȝ tñ nõ ẽ alienꝰ ab eo. Spũs. n. vitatis noiat.
Et est spũs vitatis: ꝛ ꝑfluit ab eo: sic̃ deniq̃. ꝛ ex deo pr̃e.
Nec obstat ꝙ dic̃: ꝑfluit ꝛ ñ ꝑcedit: qꝛ sic̃ ex ꝑdictis pȝ: h
vbũ ꝑcedit: ẽ cõissimũ eoꝝ q̃ ad originẽ spectãt. Uñ ꝗc-
ꝗd emittit vł ꝑfluit: vł q̃cũq̃ mõ exorit: ex h seqt ꝙ ꝑce
dat. hẽt ẽt i dtermiatiõe ꝗnti ꝯcilij ꝯstãtino. Seqmur ꝑ
oĩa scõs pr̃es ꝛ doctores ecclie. Anastasiũ: Hylariũ: Basi-
liũ Gregoriũ thologũ: ꝛ Grego^m nicenũ: Ambrosiũ: Au^m:
Theophilũ: Joãnẽ ꝯstãtinopolitanũ. Cilim. Leonẽ: Pro
cluȝ: ꝛ suscipimꝰ omnia que de recta fide ꝛ cõdẽnatione
hereticoꝝ exposuerunt. pȝ autem ꝙ a pluribus boniȝ in
doctrina fidei traditum est: ꝙ spiritus sanctus procedit
a filio. A nullo vero eorum inuenitur esse negatum. vn-
de non est contra concilia: sed eis consonum ꝙ spiritus
sanctus procedere dicatur a filio. ¶ Ad 14m dõm: ꝙ licȝ 14m
hoc hõ multipliciter dicat: tamẽ in diuinis hoc intelligi
non potest: nisi fm habitudinem originis. Circa missio-
nem vero sciendũ est: ꝙ in hoc omnes doctores conueni-
unt: ꝙ persona non mittitur nisi que ab alio est. vnde pa-
tri qui a nullo est: penitus non conuenit mitti. Sed quã-
tum ad personam in qua fit missio diuersa est doctorum
sententia. Athanasius autem ꝛ quidam alij dicunt ꝙ nul
la persona mittitur temporaliter: nisi ab illa a qua ẽ eter-
naliter: sicut filius mittitur tẽporaliter a patre: a quo ab
eterno processit. Et fm hoc infallibiliter concludi potest

si spũs sanctus a filio mittit̃: ꝙ eternaliter ab eo existat.
Qḋ vo dicitur filius a spũ sancto mitti: itelligendum est
de filio fm humanam naturam: qui a spũ sancto missus
est ad predicãdum. vnde significãter dr̃ Ysai. 61°. Ad euã
gelizaãduz pauperibus misit me. Et sic exponit Ambro
sius in li. de spũ sancto: lʒ Dyd. hoc exponat: vt per spũm
itelligatur pater: sʒ ꝙ spũs eternaliter sumitur in diuis.
Aug. vo ponit ꝙ persona ꝓcedẽs temporalr̃: mittatur ab
ea ẽt a qua eternaliter nõ ꝓcedit. Nã cũ missio diue ꝑso
ne itelligat̃ sʒ aliquẽ effectũ in creatura: q̃ ẽ a tota trini
tate: ꝑsona missa a tota trinitate mittit̃: vt i missione nõ
itelligat̃ auctoritas mittẽtis ad ꝑsonã que mittit̃: sʒ cau
salitas ad effectum: fm quẽ dr̃ mitti persona. Nõ autem
excludit̃ rõ probãs spũm scm̃ a filio ꝓcedere per distin
ctionem ipsoꝝ: per hoc ꝙ proprietatibus distinguũtur:
qꝛ proprietates ille relatiue sunt: ⁊ distinguere nõ possunt
15m nisi adinuicẽ opponãtur: sicut ex dictis patet. ❡ Ad 15m
dõm: ꝙ lʒ spũs sanctus sit a duobus: nõ tñ est composit⁹:
16m qꝛ illi duo. s. pater ⁊ filius sunt per eẽntiam vnum. ❡ Ad
16m dõm: ꝙ phs attribuit ꝑncipijs nõ eẽ ab alio: inq̃tum
sunt ꝑma. ꝑncipiũ aũt ꝑmũ (vt ita dixerim) est ꝑncipiũ
17m nõ de ꝑncipio: qḋ est pater. ❡ Ad 17m dõm: ꝙ lʒ volũtas
moueat intellectum ad aliqḋ itelligẽdum: nõ tñ volun
tas aliqḋ velle potest nisi sit ꝑintellectum. vnde cum nõ
sit procedere in ifinitum: oportet deuenire ad hoc ꝙ itel
lectus aliqḋ itelligit naturaliter nõ ex imperio volunta
tis. Fili⁹ aũt procedit a patre naturalr̃. Unde q̃uis ꝓce
dat per modum intellectus: nõ seq̃tur ꝙ sit a spiritu san
18m cto: sed ecõuerso. ❡ Ad 18m dõm: ꝙ spũs sanctus põt dici
quiescere in filio triplr̃. vno modo fm humanã naturaʒ:
fm illud Ysai. 11°. Egredief̃ virga de radice Jesse: ⁊ flos ḋ
radice eius ascẽdet: ⁊ req. super euʒ spũs dñi. Alio modo
vt itelligatur spũs in filio requiescere: qꝛ virtus spiratiua
a patre datur filio: ⁊ vltra nõ ꝓtenditur. 3° modo fm ꝙ
amor dr̃ requiescere in amato: in quo quietatur amantis
effectus. Nullo aũt istoruʒ modoꝝ excluditur processio
19m spũs sancti a filio. ❡ Ad 19m dõm: ꝙ nõ repugnat simpli
citati spũs sancti qḋ procedit a duobus. s. patre ⁊ filio: cũ
20m sint per essentiã vnum. ❡ Ad 20m dõm: ꝙ eadem est ꝑfe
ctio patris ⁊ filij. vñ per hoc ꝙ spũs scũs ꝓcedit a patre
perfecte: nõ excluditur quin ꝓcedat a filio: alioqñ seque
retur ꝙ creatura nõ creet̃ a filio: cum perfecte creetur a
21m patre. ❡ Ad 21m dõm: ꝙ vnitas essentie nõ inducit cõfu
sionem ꝑsonarum. vñ ex vnitate essentie nõ possunt ꝯclu
di illa que repugnãt distinctioni relatiue. Et sic ex hoc ꝙ
pater ⁊ spũs sanctus sunt vnum: nõ põt cõcludi ꝙ fili⁹ sit
a spũ scõ: lʒ filius sit a patre: qꝛ spũs sanctus est ab eo. Et
iterum qꝛ sequeretur ꝙ spũs sanctus esset pater: cum ni
hil aliud sit esse patrẽ q̃ȝ habere filium de se procedẽteȝ.
22m ❡ Ad 22m dõm: ꝙ splẽdor est a radio: cuȝ nihil aliud sit
q̃ȝ reuerberatio radij ad corpus clarum: ⁊ tñ splendor fi
23m lio attribuit̃: hebre. i. cum sit splẽdor glorie. ❡ Ad 23m di
cẽdum: ꝙ calor est a splendore. Nam corpora celestia in
24m istis inferioribus per suos radios causant caloreȝ. ❡ Ad
24m dõm: ꝙ positio nestorianoꝝ fuit ꝙ spiritus sanctus
nõ sit a filio. vñ in quodam symbolo nestorianorum cõ
dẽnato in prima ephesina synodo dr̃ sic. Spũm sanctum
neq̧ filium putamus: neq̧ per filium essentiam accepis
se. ꝓpter qḋ Cyrillus cõtra Nestorium in ep̃la ꝑdicta po
suit spũm scũm esse a filio. Theodorus vo in quadã ep̃la
ad Joãneȝ anthiocenũ sic dicit. Spũs sanct⁹ nõ ex filio
aut per filium hñs subam: sed ꝓcedẽs q̃dem a p̃re: spũs
vero filij: eo ꝙ ei cõsubalis sit noiatus. hec autem verba
Theodorus ꝑdicta imponit Cyrillo: tanq̃ȝ ab eo sint di
cta in ep̃la quã ad Joãnem anthiocenum scripsit: lʒ in il
la ep̃la nõ legatur. Sed dr̃ ibi sic. Spũs dei p̃ris procedit
q̃dem ex ipso: est aũt ⁊ a filio nõ alienus fm vni⁹ essentie
rõnem. hãc autem theodorici sniam secutus est postmo
dũ Dam. Cuius dogmata eiusdẽ Theodorici sint in q̃nta
synodo ꝯdẽnata. vñ in hoc nõ est stãdũ snie Damasceni.
❡ Utrum spiritus sanctus a filio remaneret distinctus si
ab eo non procederet.



Quinto queritur vtruȝ spũs sanctus a fi
lio remaneret distictus si ab eo
nõ procederet. ❡ Et vr̃ ꝙ sic. Dicit eniȝ Ri 1m
cardus de sancto vic. 4. de tri. ꝙ persone fm
originẽ differũt. Sed vnus originẽ habet: al
ter origine caret: vel si originẽ hẽt: tñ origo vnius differt
ab origine alterius. Sed alia est origo spũs sancti: alia ẽ
origo filij. Nam spũs sanctus ꝓcedit quasi spiratus: fili⁹
aũt quasi genitus. ergo spũs sanctus ꝑsonalr̃ differt a fi
lio: etiam si ab eo nõ procederet: ꝓpter origineȝ diuersaȝ
❡ Iteȝ Ansel. dicit in li. de processiõe spũs sancti. habet 2m
vtiq̧ a patre esse filius ac spũs sanctus. Sed diuersimo
de: qꝛ alter nascendo: alter ꝓcedendo: vt alij per hoc sint
ab inuicẽ. Et postea subdit. Naȝ si per aliud nõ eẽt plꝛes
filius ⁊ spũs sanctus: per hoc solum essent diuersi. g̃ ⁊ si
spũs sanctus a filio nõ procederet: tamẽ remaneret ꝑso
naliter distinctus a filio: ꝓpter diuersuȝ originis modũ.
❡ Item in diuinis persone distinguũtur propter hoc ꝙ 3m
vna est ab alia fm aliquem originis modũ. Sed secũdũ
vnum originis moduȝ: vna ꝑsona in diuinis ꝓcedit. g̃ si
sunt duo modi originis: erũt due ꝑsone ꝓcedẽtes: etiam
si vna ab altera nõ ꝓcedat. Cõstat aũt ꝙ fm aliũ modũ
originis ꝓcedit filius a p̃re: ⁊ fm alium spũs sanctus. er
go filius ⁊ spũs sanct⁹ ꝑsonalr̃ ab inuicẽ distinguũtur: ẽt
dato ꝙ vn⁹ ab alio nõ ꝓcedat. ❡ Itẽ ipossibile ẽ ꝙ aliq̃ 4m
uatio quedam est: quia sicut dicit Augustinus. Peccatū
nihil est: priuatio autem fundat̄ in aliquo. ergo oportet
5m esse aliquem actum in quo peccatum sustentetur. ¶ P̄.
Augustinus dicit in euchi. q̄ malum nisi in bono esse nō
potest. Illud autem bonum in quo fundatur malitia pec
cati est actus. ergo in quolibet peccato oportet esse actū.
6m ¶ P̄. Augustinus dicit in lib. 83. questionū: q̄ nec pecca
tum aut recte factum imputari cuiq̄ iuste potest: qui ni/
hil propria fecerit voluntate: sed non potest propria vo/
luntate aliquid facere absq̄ actu. ergo nihil potest homi
7m ni inputari ad peccatum: nisi sit ibi aliquis actus. ¶ P̄.
Dam. dicit q̄ laus ꝛ vituperium sequuntur actus. Culi/
bet autem peccato debetur vituperium. ergo omne pec/
8m catum in actu consistit. ¶ P̄. glo. dicit Ro. 7°: q̄ oē pec/
catū in actu: est ex concupiscentia. Quod autez est ex cō/
cupiscentia: non est absq̄ actu. ergo nullum peccatuz est
9m absq̄ actu. ¶ P̄. si aliquod peccatum est absq̄ actu: ma
xime hoc videt̄ de peccato omissionis: sed omissio nō est
absq̄ actu: quia omissio negatio quedam est. omnis eniz
negatio in affirmatione fundatur. Et sic oportet pecca/
10m tum omissionis in aliquo actu fundari. multo ergo ma/
gis quodlibet aliud peccatum. ¶ P̄. omissio nō est pec/
catum nisi inq̄tum repugnat legi dei: sed hoc nō est abs/
q̄ contēptu. Contēptus autem est per aliquem actum. er
11m go peccatum omissionis fundatur in aliquo actu: ꝛ mul/
to magis alia peccata. ¶ P̄. si peccatum omissionis con/
sistit in sola negatione actus: sequeretur q̄ q̄diu aliquis
nō ag't tandiu peccaret. Et ita esset periculosius peccatū
omissionis q̄ꝫ peccatuz transgressionis qd̄ transit actu: lz
maneat reatu. hoc aūt nō est verum: q̄ peccatum trans/
gressionis ceteris paribus est maius. maius enim est fu/
12m rari q̄ꝫ non dare elemosynam. Non ergo peccatuz omis/
sionis in sola negatione cōsistit. ¶ P̄. fm ph̄m in 2° phy
sicoꝝ. peccatū inuenit̄ in his que sunt ad finē. Ad finem
autem aliquid ordinatur per operationem. ergo omne
peccatū in actu consistit.

ꝯ p Sed contra est qd̄ dicit̄ Ja. 4°. Scīēti bonum ꝛ
nō faciēti peccatū est illi. ergo ipsuz
2° nō facere est peccatū. ¶ P̄. pena nō iuste infligit̄ nisi p
peccato: sed pro sola dimissione actus pena infligit̄: nulla
consideratione habita de aliquo actu adiūcto. ergo in so
la dimissione actus ꝯsistit peccatū. ¶ P̄. fm ph̄m in 2° 3°
phẏsi. peccatū ꝯtingit in his que sunt fm artē: ꝛ in his q̄
fiunt fm naturā: sicut ḡ in his que sunt fz naturā pecca/
tum est ꝯtra naturā eē: ita in his que sunt fm artē pecca/
tum est ꝯtra artē eē. Et siliter in moralibus peccatuz est
ꝯtra rōnē eē: sed ꝯtra nām nō solū sunt motus: sed etiam
quietes: vt dicit̄ in. 5. phẏsi. ḡ ꝛ in moralibus pctā sūt nō
solū actus: sed etiā cessatiōes ab actu si sint p̄ter rōnem.
¶ P̄. Cōtingit volūtatē in neutrā partē cōtradictionis 4°
ferri. Nō eni vere dicit̄ q̄ deus velit mala fieri: q̄ sic es
set actor eoꝝ: nec etiā q̄ velit mala nō fieri: q̄ sic ei⁹ vo/
luntas nō esset efficax ad implēduz omne qd̄ vult. pona/
tur ergo q̄ aliq̄s teneat̄ nūc dare elemosynam: ꝛ tñ neq̄
vult dare: neq̄ vult nō dare: q̄ nihil de h̄ cogitat: tñ pec/
cat: ꝛ iuste pro hoc punit̄. ḡ etiā absq̄ actu volūtatis pōt
esse aliqd̄ peccatū. ¶ Sed dice. q̄ licet actus volūtatis
non ferat̄: neq̄ ad dandū elemosynā: neq̄ ad nō dādum:
tñ fert̄ in aliquid aliud per qd̄ impedit̄ a dādo. ¶ Sed 5°
ꝯtra. illud aliud in qd̄ fert̄ per accidēs se hz ad peccatuz
omissionis. Nō eni opponit̄ p̄cepto affirmatiuo legis: ex
cuius oppositiōe sequit̄ peccatū omissionis. Judiciū aūt
nō est dādum de nā alicuius fm illud qd̄ est per accidēs:
sed fm id qd̄ est per se. ḡ nō debet dici q̄ peccatū omissi/
onis cōsistat in actu: p̄pter actū adiunctū. ¶ P̄. etiaz in 6°
peccato trāsgressionis cōtingit aliquē actū adiungi: q̄ tñ
ad peccatum transgressionis non pertinet: quia per acci/
dens se habet ad ipsum. sicut cōtingit furātem aliquem
loqui vel videre. ḡ nec actus adiūctus omissioni ad pec/
catū omissionis pertinet. ¶ P̄. sicut sunt aliqui actus q̄ 7°
non possunt bene fieri: vt fornicari ꝛ mētiri: ita sunt ali/
qui actus qui non possunt male fieri: vt diligere deum: ꝛ
laudare ipsum. Sed contingit aliquem omittentem oc/
cupari circa laudem dei: sicut si aliquis eo tempore quo
tenetur honorare parentes laudibus diuinis insistat pa/
rentes non honorans: ꝯstat q̄ iste peccat omittendo: nec
tamen ad hoc peccatuz potest pertinere actus laudis di/
uine: quia non potest male fieri. ergo totum peccatuz cō
sistit in sola omissione actus debiti. Non ergo actus req
ritur ad peccatum. ¶ P̄. in peccato originali non est ali 8°
quis actus. ergo non omne peccatum in actu consistit.
¶ P̄. Augustinus dicit in lib. 83. questionum. Alia sunt 9°
peccata infirmitatis: alia imperitie: alia malitie. Infir/
mitas autem ꝛ imperitia contraria sunt virtuti ꝛ sapien/
tie. malitia est etiam contraria bonitati. Contraria autē
sunt in eodem genere. Cum ergo virtus sapientia ꝛ boni
tas sint habitus: videtur q̄ peccata sint habitus. Sz ha/
bitus potest esse sine actu. ergo peccatū pōt eē sine actu.

Respōdeo. dicendum q̄ circa hoc sunt due opini Rn̄o
ones. Quidam enim dixerunt q̄ in q̄/
libet peccato etiam omissionis est aliquis actus: vel inte
rior voluntas: Sicut cum aliquis peccat non dās elemo
synaz vult non dare elemosynam: vel etiam aliquis act⁹
exterior adiūctus quo retrahit̄ ab actu debito: siue ille
actus simul fiat cum omissione: sicut cum aliquis volēs
ludere dimittit ire ad ecclesiā: siue sit precedēs: sicut cuz
aliquis impedit̄ ne surgat ad matutinas: q̄ nimis vigi/
lauit in sero circa aliqd̄ se occupādo. Et hec opinio initi/
tur verbo Augustini dicētis: q̄ peccatū est dictū vel fa/
ctum vel concupitū cōtra legem dei. Aliq̄ vero dixerunt
q̄ peccatuz omissionis nō habz aliquem actum: sed ipm
desistere ab actu est omissionis peccatū. Et exponunt di
ctum Aug. dicētis q̄ peccatū est dictū vel factū vel con/
cupituz: per hoc q̄ cōcupiscere ꝛ nō ꝯcupiscere: dicere et
nō dicere: facere ꝛ nō facere p eodē accipiunt̄ quātū ad

ratione peccati. Unde in glo. dicit᷑ Ro. 7°: ꝙ opꝫ ⁊ nõ oꝫ
sunt partes eius qd̓ est opꝫ. Et hoc vr̃ rõnabilr̃ dici: quia
affirmatio ⁊ negatio ad idẽ genus referunt᷑. vñ ⁊ Aug°.
dicit in li. de tri. ꝙ igenitũ ptinet ad gen° relatiõis: sicut
⁊ genitũ. Utraqꝫ aũt opinio ẜm aliqd veritatẽ hꝫ. Si.n.
ↄsideret᷑ id qd̓ requirit᷑ ad peccatũ: sicut de essentia pec-
cati existẽs: sic ad peccatũ omissionis nõ requirit᷑ actus:
sed per se loquẽdo pctm̃ omissionis in ipsa cessatione ab
actu cõsistit. Et hoc pꝫ si rationẽ peccati attẽdam°. Pec-
catuꝫ enĩ vt pħs dicit in 2°. phyſi. ↄtingit ⁊ in his q̄ sunt
ẜm nãm: ⁊ in his que sunt ẜm artẽ: quãdo nõ cõsequit᷑ fi-
nem natura vel ars ꝓpter quẽ operat᷑. Qꝫ aũt finẽ nõ cõ-
sequatur operãs per artẽ vl̓ ꝑ naturã ↄtigit ex hoc ꝙ de-
clinat᷑ a mẽsura vel regula debite operationis: que qdeꝫ
in naturalibus est ipsa nature inclinatio ↄsequẽs aliquã
formã. In artificialibus vero est ipsa regula artis. Sic g̊
in peccato duo possunt attendi. ſ. recessus a regula vel a
mẽsura: ⁊ recessus a fine. Cõtingit aũt quãdoqꝫ recedere
a fine: ⁊ nõ recedere a regula vel mẽsura: qua quis opera-
tur ꝓpter finẽ: ⁊ in natura ⁊ in arte. In natura qdẽ sicut
si in stomacho ponat᷑ aliqd nõ digestibile: vt ferruꝫ vel
lapis: defectus digestionis absqꝫ peccato nature ↄtingit.
Silr̃ si medicus ẜm arteꝫ dat potionẽ: ⁊ infirmus nõ sa-
netur: vel qꝛ habet morbuꝫ incurabilẽ: vel qꝛ aliquid cõ-
tra suã sanationem agit: medicus quideꝫ nõ peccat: licet
finem nõ ↄsequatur. Si aũt ecõuerso finem cõsequere-
tur sed tamẽ a regula artis diuerteret: nihilominus pec-
care diceretur. Ex quo pꝫ ꝙ magis est de ratione pecca-
ti preterire regulaꝫ actionis: q̃ꝫ etiã deficere ab actionis
fine. hoc est ergo per se de ratione peccati siue in natura
siue in arte: siue in moribus: qd̓ oppõit᷑ regule actionis.
Regula aũt actiõis qꝛ cõstituit mediuꝫ inter supfluuꝫ ⁊
diminutũ: necesse est quedã resecet ⁊ quedã statuat. Uñ
⁊ in ratione naturali: ⁊ etiã in lege diuina ex quib° nostri
actus regulari debẽt: q̃dã precepta negatiua: quedã affir-
matiua cõtinent᷑. Sicut aũt negationi oppõit᷑ affirma-
tio: ita affirmationi oppõit᷑ negatio. vnde sicut agere i-
putatur homini in peccatũ: qꝛ opponitur ꝑcepto legis ne-
gatiuo: ita ⁊ ipsum nõ agere: qꝛ opponitur precepto affir-
matiuo. Sic g̊ per se loq̄ndo põt eẽ aliqd̓ pctm̃ ad qd̓ nõ
requiritur aliquis actus qui sit de essentia peccati. Et ẜꝫ
hoc habet veritatem scd̓a opinio. Si auteꝫ consideretur
id qd̓ requiritur ad peccatum vt causa peccati: sic opꝫ ꝙ
ad quodlibet peccatuꝫ etiã omissionis aliquis actus re-
quiratur. Qd̓ sic patet. vt enim pħs dicit in 8°. physic. Si
aliquid quãdoqꝫ mouetur quãdoqꝫ nõ mouetur: opꝫ assi-
gnare aliquã cãm quietis. videmus. n. ꝙ eodeꝫ modo se
habẽte mobili ⁊ mouẽte: similiter aliquid mouet᷑ vl̓ nõ
mouetur. Eadem aũt ratiõe si aliquis non agit qd̓ agere
debet: opꝫ hui° esse aliquã cãm. Si auteꝫ causa fuerit to-
taliter extrinseca: talis omissio nõ habꝫ rationẽ peccati.
Sicut si aliquis a lapide cadẽte lesus impediatur ne ad
ecclesiam vadat: aut si aliquo furãte impediatur ne ele-
mosynaꝫ det. Tunc ergo solũ omissio imputatur ad pec-
catum: cũ habet causam intrinsecaꝫ: nõ quãcũqꝫ: sed vo-
luntariam: qꝛ si ẽt impediretur ex cã intrinseca nõ volũ-
taria: puta febre: eade ratio eẽt: sicut ⁊ de causa extrinse-
ca. Ad hoc ergo ꝙ omissio sit peccatuꝫ: reqrit᷑ ꝙ omissio
causetur ex aliquo actu volũtario. Sed volũtas est cau-
sa alicuius: quãdoqꝫ quidẽ per se: quãdoqꝫ autem per ac-
cidens. per se quidem. sicut quãdo per intentionem agit
ad talem effectũ: puta si aliquis volẽs inuenire thesauruꝫ
fodiens inueniat. Per accidẽs auteꝫ sicut quãdo preter
intentionẽ puta si aliquis volẽs fodere sepulchrũ fodiẽ-
do inueniat thesaurũ. Sic g̊ actus voluntarius qñqꝫ est ꝑ
se cã omissionis. Nõ tñ ita ꝙ volũtas directe feratur in
omissionẽ: qꝛ nõ ens ⁊ malũ est ꝑter intẽtionẽ ⁊ volũtatẽ
vt Diony. dicit 4°. ca. de di. no. Uolũtatis aũt obm̃ ẽ ens
⁊ bonũ: sed idirecte fert᷑ in ãliqd positiuũ cuꝫ precussione
omissiõis cõsequẽtis: sicut cũ aliqs vult ludere: sciens ꝙ
ad hoc ↄcomitat᷑ nõ ire ad ecclesiã: sicut ⁊ in trãsgressio-
nib° dicim°: ꝙ fur vult auꝝ nõ refugiẽs iniustitie defor-
mitatẽ. Qñqꝫ võ actus volũtari° est cã ꝑ accidẽs omissio-
nis. sicut cuꝫ alicui occupato circa aliquem actum nõ ve-
nit in mẽtem id qd̓ facere tenetur. Et nõ differt quãtum
ad hoc: vtruꝫ actus volũtarius qui est causa omissionis
per se vel per accidens: simul sit cum ipsa omissione: vel
etiam precedat sicut dictum est de eo qui nimia occupa-
tione tarde incipiẽdo dormire impediuit se ne surgeret
matutinaruꝫ hora. Sic ergo quãtuꝫ ad hoc est ꝑma opi-
nio vera: qd̓ ad omissionem requiritur actus volũtarius
vt causa. Quia ergo vtraqꝫ opinio aliquo modo vera est
ad vtrasqꝫ rõnes respõdere opꝫ.

Ad primũ ergo dõm ꝙ in illa diffinitione pecca- Ad pᵐ
ti accipiẽduꝫ est pro eodem: dictum ⁊
nõ dictuꝫ: factuꝫ ⁊ nõ factum: vt supra dictuꝫ est. ❡ Ad 2ᵐ
scd̓m dõm ꝙ aliqd dr̃ esse volũtarium nõ solum quia ca-
dit sub volũtatis actu: sed quia cadit sub potestate volũ-
tatis. Sic eniꝫ ⁊ ipsuꝫ nõ velle dicit᷑ volũtariuꝫ: qꝛ in po-
testate volũtatis est velle ⁊ nõ velle: ⁊ silr̃ facere ⁊ nõ fa-
cere. ❡ Ad tertiũ dõꝫ ꝙ plura requiruntur ad bonuꝫ q̃ꝫ 3ᵐ
ad maluꝫ: qꝛ vt dicit Diony. 4. ca. de di. no. Bonuꝫ est ex
causa vna ⁊ integra. Maluꝫ aũt ex particularibus defe-
ctibus. Ad hoc ergo ꝙ sit meritum requirit᷑ ꝙ sit actus
volũtatis: sed ad hoc ꝙ sit demerituꝫ: sufficit hoc solum
ꝙ nõ velit bonuꝫ quando debet nec opꝫ ꝙ semper velit
malum. ❡ Ad quartũ dõm ꝙ in peccato trãsgressionis 4ᵐ
non est verum ꝙ peccatum sit priuatio: sed ꝙ peccatum
est actus priuatus debito ordine: sicut furtuꝫ vel adulte-
rium est quidaꝫ actus inordinatus. Eo enim modo pec-
catum nihil est: quo nihil fiunt homines cuꝫ peccãt. Nõ
quidem ita ꝙ fiunt ipsum nihil: sed qꝛ inquãtum peccant
priuãtur quodaꝫ bono: ⁊ ipsa priuatio est nõ ens in subie-
cto. Et similiter peccatum est actus priuatus ordine de-
bito: ⁊ ẜm ipsam priuationem dicitur nihil. Sed in pec-
cato omissiõis ꝑ se loquẽdo veruꝫ est ꝙ est sola priuatio.
Subꝫ aũt ꝑuatiõis nõ est habit°: ſꝫ potẽtia: sicut subꝫ ce-
citatis nõ est visio: ſꝫ id qd̓ est aptũ natũ videre. Omissio-
nis g̊ subꝫ ẽ nõ qdẽ act° aliqs: ſꝫ potestas volũtatis. ❡ Et 5ᵐ
sic pꝫ solutio ad 5ᵐ qd̓ obijcitur de malo. ❡ Ad sextũ di- 6ᵐ
cendũ ꝙ in illa auctoritate sub facere icludit᷑ ẽt nõ face-
re: sicut dcm̃ ẽ. ❡ Ad 7ᵐ dõꝫ ꝙ laus ⁊ vituperiũ nõ soluꝫ 7ᵐ
debent᷑ actib° voluntarijs: ſꝫ ẽt cessantib° ab actu ❡ Ad 8ᵐ
8ᵐ dõꝫ ꝙ illa rõ ↄcludit ꝙ act° reqrat᷑ ad omissionẽ sicut
cã: q̃uis possit dici ꝙ fomes d̓ quo ibi loquit᷑ Glo. nõ est
actualis ↄcupiscẽtia: sed habitualis. ❡ Ad 9ᵐ dõm ꝙ nõ 9ᵐ
oĩs negatio fundat᷑ sup affirmationẽ realẽ: qꝛ vt pħs di-
cit in ꝑdicamẽtis non sedere vere dici põt: ⁊ de eo qd̓ est:
⁊ de eo qd̓ non est. Sed tamen omnis negatio fundat᷑ in
aliqua affirmatione intellecta vel imaginata. Necesse
est enim esse apprehẽsum id de quo aliqd negatur. Sic
ergo nõ est necessarium ꝙ omissio fundetur in actu rea-
li existẽte. Si tamẽ oĩs negatio in aliqua affirmatione
reali fundaret᷑: vt sic negatio pro priuatiõe poneret᷑: nõ
oporteret ꝙ omissio que est negatio actus fundaretur in
actu: ſꝫ ꝙ fundaret᷑ in potẽtia volũtatis. ❡ Ad 10ᵐ dõm 10ᵐ
ꝙ nõ solũ in omissione: ſꝫ nec ẽt in trãsgressione semper
est necessariuꝫ ꝙ sit actualis cõtemptus: sed cõtemptus
quidã habitualis vel etiã iterpretatiu°: qꝛ. ſ. iterpretamur
aliquẽ ↄtẽnere qui nõ facit qd̓ iubet᷑: vel facit qd̓ ꝓhibe-

xi⁹ tur. ¶ Ad vndecimũ dĩm ꝙ omiſſio opponit̃ precepto
affirmatiuo:qḋ licz obliget ſemper:nõ tñ obligat ad ſem
per. Nõ.n.obligatur homo ad hoc ꝙ ſemꝑ inſiſtat parẽ
tibus honorãdis:ſed tñ ſemꝑ obligat̃ homo vt parentes
honoret tp̃e debito. Tãdiu ğ durat actu peccatũ omiſſio
nis:quãdiu durat tẽpus ad qḋ obligat preceptũ affirmati
uũ:quo trãſeũte trãſit actu ⁊ manet reatu:⁊ iterũ redeũ
iz⁹ te tali tp̃e iterat̃ omiſſio. ¶ Ad iz⁹ dĩz ꝙ ſicut aliqs de
ficit a fine male agẽdo:ita deſiſtẽdo a debito actu.

Ad p̃m in ꝯriuz **Ad primũ** ergo qḋ in ꝯtrariũ obycit̃ dĩz ꝙ ex il
la auctoritate habet̃ ꝙ ip̃m nõ facere
bonũ ſit peccatũ.nõ aũt remouet̃ qn hꝫ qḋ eſt nõ facere
z⁹ bonũ cũ ſit aliquis actus. ¶ Ad z⁹ dĩm ꝙ pena dat̃ pro
omiſſiõe act⁹ ſicut ꝑ culpa: ſed tñ culpã cõtingit cãri ab
aliquo actu qui qñqꝫ eſt culpa:ſicut cũ peccatũ eſt cauſa
3⁹ peccati:qñqꝫ vero nõ culpa. ¶ Ad 3⁹ dĩm ꝙ etiaz quies
4⁹ innãlis ex aliquo actu p̃cedẽte cauſat̃. ¶ Ad 4⁹ dĩm ꝙ
deus neqꝫ vult mala fieri:neqꝫ vult mala nõ fieri. Sꝫ tñ
hoc ipſuz vult:qḋ eſt ſe nõ velle mala fieri:⁊ nõ velle ma
5⁹ la nõ fieri. ¶ Ad quintũ dĩm ꝙ actus qui requiritur ad
omiſſionẽ:nõ ſemꝑ ſe hꝫ ꝑ accidẽs ad ipſum:ſed qñqꝫ eſt
6⁹ cauſa per ſe:vt dictũ eſt. ¶ Et ſilr̃ dĩm eſt ad ſextum de
7⁹ trãſgreſſione. ¶ Ad ſeptimũ dĩm ꝙ oĩs actus per rõnẽ
regulari dꝫ.vñ oĩs actus põt nõ bene fieri ſi non ſit debi
te regulatus:vt.ſ.fiat qñ dꝫ:⁊ ꝑpter qḋ dꝫ:⁊ ſic de alijs q̃
ſunt in actib⁹ obſeruãda. vnde etiã hoc ip̃m qḋ eſt dilige
re deũ põt male fieri:puta ſi quis diligat deũ ꝑpter tẽpo
ralia. Et hoc ip̃m qḋ eſt laudare deuz ore põt male fieri:
ſi hoc faciat qñ nõ dꝫ:qñ.ſ.alia facere tenet̃. Sꝫ ſi actus
accipiat̃ regulatus ſicut ſignificat̃ cũ dr̃:tẽperanter age
re:vel iuſte agere:ſic nõ põt male fieri. Si tñ daretur ꝙ
aliqs act⁹ nõ poſſet male fieri:nõ eſſet incõueniẽs ſi eſſet
cauſa per accidẽs omiſſionis:qꝛ bonũ põt eſſe per accñs
8⁹ cauſa mali. ¶ Ad octauũ dĩm ꝙ etiã peccati originalis
9⁹ cã eſt aliquis act⁹.ſ.peccatũ actuale p̃mi parẽtis. ¶ Ad
nonũ dĩm ꝙ ſicut ex parte virtutũ eſt actus ⁊ habitus:
ita ex p̃te vicioꝝ.habitus tñ poſſunt dici virtutes vel vi
tia:ſed ſoli act⁹ dicunt̃ merita vel peccata.

¶ Utrũ peccatũ cõſiſtat in actu volũtatis tantum.

p̃⁹ **SEcundo** querit̃ vtrũ peccatũ conſiſtat
in actu volũtatis tãtũ. ¶ Et
videt̃ ꝙ ſic. Dĩc eni Aug⁹.in li.retractationũ
ꝙ nõ niſi voluntate peccat̃.ğ peccatũ in ſolo
z⁹ actu volũtatis cõſiſtit. ¶ P̃. Aug⁹.dicit in li.
de duab⁹ animab⁹.peccatum eſt volũtas retinẽdi vel ac
quirẽdi qḋ iuſtitia vetat. volũtas aũt hic accipit̃ ꝑ actu
3⁹ volũtatis.ğ peccatũ in ſolo actu volũtatis cõſiſtit. ¶ P̃.
Aug⁹.dicit ꝙ cõtinẽtia eſt habitus mẽtis:ſed per actum
exteriorẽ manifeſtat̃.ğ ⁊ ꝯtrio incõtinẽtia ⁊ oẽ peccatũ
in ſola volũtate cõſiſtit. Actus eniz exteriores ſolũmodo
4⁹ manifeſtãt peccatũ. ¶ P̃. Chriſo⁹.dicit ſuper Math.ꝙ
volũtas eſt que aut remuneraẗ ꝑ bono:aut condẽnat̃ ꝑ
malo. Opera aũt teſtimonia ſunt voluntatis. Nõ ergo q̃
rit de⁹ opa ꝑpter ſe vt ſciat quõ iudicet:ſꝫ ꝑpter alios vt
oẽs itelligãt:qꝛ iuſtus eſt de⁹. Id aũt ſolũ ꝑ quo deus pu
nit eſt peccatũ.ergo pctĩ in ſolo actu volũtatis cõſiſtit.
5⁹ ¶ P̃.id quo poſito vel remoto nihilomin⁹ pctĩ manet:
accidẽtaliter ſe hꝫ ad peccatũ. Sꝫ poſito vel remoto ex
teriori actu:nihilomin⁹ peccatũ in ſola volũtate manet.
ergo exteriores act⁹ accidẽtaliter ſe habẽt ad peccatum.
Nõ ergo in eis peccatũ cõſiſtit:ſed in ſolo interiori actu
6⁹ volũtatis. ¶ P̃.nullus actus imputatur alicui ad pecca
tuz:qui nullo modo eſt in poteſtate eius. vnde ſi aliquis
accipiat manũ alicuius hoĩs cõtra eius volũtatem:⁊ cuz
ea interficiat hominẽ:peccatuz homicidij nõ iputat̃ ho
mini cuius manus ꝑcutit:ſed ei qui vtit̃ manu. Exterio
ra aũt mẽbra nullo modo poſſunt reſiſtere imperio vo
luntatis. Nõ ergo in actib⁹ exteriorib⁹ mẽbroꝝ conſiſtit
peccatũ:ſed in actu volũtatis que vtit̃ mẽbris. ¶ Prete 7⁹
rea. Aug⁹.dicit in li.de vera relig.ꝙ ſi aliqs videat remũ
fractũ in aqua:nõ eſt hoc vicium viſus q nũciat ꝙ acce
pit vt nũciaret:ſed etiã eſt viciũ virtutis que debet iudi
care. Sed exteriora corporis mẽbra hunc ordinez acce
perunt a deo:vt faciãt qḋ volũtas imperat.ğ vicium vel
peccatũ nõ eſt in actib⁹ coꝝ:ſꝫ in actu volũtatis. ¶ Pre 8⁹
terea.ſi peccatum conſiſtit in actu voluntatis: et iterum
in actu exteriori:maius erit peccatũ peccare ſimul volũ
tate ⁊ exteriori actu:quã peccare iteriori actu tñ. Qꝛ ſicut
quãtuz additũ quãto maius facit quãtũ:ita peccatũ ad
dituz peccato videt̃ facere maius peccatũ. Sed hoc nõ
eſt verũ. Dicitur.n.in glo. Math.iz. Quãtũ intẽdis tãtũ
facis. Et ſic nõ eſt maius peccatum iterioris volũtatis ⁊
exterioris actus:quã iterioris actus tñ. Nõ ğ peccatũ ꝯſi
ſtit in exteriori actu:ſed ſolũ in iteriori. ¶ P̃.ſi ſint duo 9⁹
aliqui habẽtes equalẽ volũtatẽ idez peccatuz ꝯmittẽdi:
puta fornicationẽ. Et vnus hꝫ oportunitatẽ:⁊ implet vo
luntatẽ ſuã:⁊ alius nõ hꝫ:ſed vellet habere: manifeſtum
eſt ꝙ inter iſtos duos nõ eſt dĩa quãtũ ad aliquid qḋ ſit
in poteſtate eoꝝ. Sꝫ ſm id qḋ nõ eſt in poteſtate alicui⁹
nõ attẽditur peccatũ:⁊ per cõſequẽs neqꝫ peccati augmẽ
tum.ergo vnus eoꝝ nõ magis peccat quã alius:⁊ ita vide
tur in ſolo actu volũtatis peccatũ cõſiſtere. ¶ P̃. pecca io⁹
tum corrũpit bonũ gratie:que nõ eſt ſicut in ſubiecto in
aliqua in iferiorũ viriuz:ſed in volũtate. Oppoſita autẽ
ſunt circa idez.ergo peccatum in ſola voluntate cõſiſtit.
¶ Preterea.actus interior eſt cã exterioris actus. Idez xi⁹
aũt nõ eſt cã ſui ipſi⁹. Cũ ğ pctĩ ſit vnũ ⁊ idẽ: videt̃ ꝙ ſi
cõſiſtat in actu volũtatis:nõ poſſit ꝯſiſtere in actu exte
riori. ¶ P̃.idẽ accidẽs nõ põt eẽ in duob⁹ ſubiectis. Sꝫ iz⁹
deformitas ꝯparat̃ ad actũ deformem:ſicut accidẽs ad
ſubm. Cũ ğ vni⁹ peccati ſit vna deformitas.nõ põt vnuz
pctĩ cõſiſtere in duob⁹ actib⁹.ſ.iteriori ⁊ exteriori. Ma
nifeſtuz eſt aũt ꝙ peccatũ eſt in iteriori actu volũtatis.
ergo nullo mõ in exteriori. ¶ Preterea. Anſel.dicit l li. i3⁹
de ꝯceptu virginali:de actib⁹ exteriorib⁹ loquẽs. In ho
ruz eſſentia nulla ꝯſiſtit iuſtitia.ergo eadẽ rõne neqꝫ in
iuſtitia. Et ſic peccatũ in actu exteriori nõ cõſiſtit. ¶ P̃. i4⁹
Aug⁹.dicit ꝙ pecatũ trãſit actu:⁊ manet reatu. hoc autẽ
nõ eſſet ſi ipſe actu exterior eſſet peccatuz. ergo ipſe act⁹
exterior nõ eſt peccatum.

Sed contra. Omne illud qḋ ꝓhibet̃ lege dei eſt 5
pctĩ:qꝛ pctĩ eſt dcĩ vl̃ factũ vel
cõcupitũ ꝯ legem dei. Sed actus exterior lege dei ꝓhi
betur Exo.zo.cũ dr̃. Nõ occides:nõ mecaberis:nõ furtũ
facies. Et ſeorſum ꝓhibetur actus interior:cum dicitur.
Non cõcupiſces.ergo nõ ſoluz actus volũtatis eſt pecca
tum:ſed etiam actus exterior.

Reſpondeo. dĩz ꝙ circa hoc fuit triplex opinio R:
Quidã.n.dixerũt ꝙ nullus act⁹ ne
qꝫ iterior neqꝫ exterior ſꝫ ſe eſt pctĩ:ſꝫ ſola ꝓuatio hꝫ ra
tionẽ pcti:pp̃ h̃ ꝙ Aug⁹.dicit ꝙ pctĩ nihil eſt. Alij vero
dixerũt ꝙ peccatuz cõſiſtit in ſolo interiori actu volũta
tis. Quidã vero dixerunt ꝙ pctĩ conſiſtit ⁊ in interiori
actu volũtatis:⁊ in exteriori actu. Et quãuis hec opinio
magis ꝯtineat veritatẽ:tñ oẽs aliq̃lr vere ſũt. Sꝫ ꝯſide
rãdũ eſt ꝙ hec tria malũ:pctĩ: ⁊ culpa ſe hñt ad inuicez
vt cõi⁹ ⁊ minus cõe. Nã malũ cõis eſt. In quocũqꝫ eniz
ſiue in ſubiecto:ſiue in actu:ſit priuatio forme: aut ordi
nis:aut menſure debite mali rationem habet. Sed pec
catũ dicitur aliquis actus debito ordine:aut forma: ſiue

mensura carens: vnde pōt dici ꝙ tibia curua sit mala ti-
bia. Nō tñ pōt dici ꝙ sit peccatū: nisi forte eo mō loq̄ndi
quo peccatum dr̄ effectus peccati: sꝫ ipsa claudicatio pec-
catum dicit̄. Quilibꝫ eniꝫ actus inordinatus pōt dici pec
catum: vel nature: vel artis: vel moris. Sed ratioñe cul-
pe nō hꝫ peccatū nisi ex eo ꝙ est voluntariū. Nulli eniꝫ
imputat̄ ad culpā aliquis inordinatus actus: nisi ex eo ꝙ
est in ei⁹ potestate. Et sic pꝫ ꝙ peccatū est in plus ꝙ̄ cul-
pa: licꝫ fm̄ cōem vsum loquēdi apud theologos ꝓ eodē
sumant̄ peccatū ⁊ culpa. Qui ḡ ꝯsiderauerūt in peccato
solū ratioñe mali: dixerūt ꝙ substātia actus nō est pctm̄:
sed deformitas actus. Qui vero cōsiderauerūt in pecca-
to solū id vnde habꝫ rōnē culpe: dixerūt peccatū in sola
volūtate cōsistere. Sꝫ oꝫ in peccato cōsiderare nō soluꝫ
ipsam deformitatē: sed etiā actū deformitati substratuꝫ.
Quia peccatū nō est deformitas: sed act⁹ deformis. De-
formitas aūt actus est per h̄ ꝙ discordat a debita regu-
la rōnis vel legis dei. Que quidē deformitas inuenitur
nō solū in actu interiori sꝫ exteriori. Sꝫ tñ hoc ipsum ꝙ
actus exterior deformis iputatur homini ad culpaꝫ: est
a volūtate. Et sic pꝫ ꝙ si totū id qȯ est in peccato cōside-
rare volum⁹: peccatū nō solū cōsistit in ꝑuatione: neqꝫ so
luꝫ in actu interiori: sed etiā in actu exteriori. Et qȯ dici-
mus de actu in peccato trāsgressionis: est etiā intelligen
duꝫ de remotione actus in peccato omissiōis: vt in supe-
riori questione habitum est.

Ad 1m Ad primum ergo dōm ꝙ voluntate ꝓducitur nō solum actus interior quem volūtas
elicit: sed etiā actus exterior quē volūtas imperat. Et ita
etiā hoc ipsum qȯ exteriori actu peccat̄: volūtate peccat̄
2m ¶ Ad scōm dōm ꝙ peccatū dicit̄ esse volūtas non ꝙ to
ta essentia peccati sit in actu volūtatis: sed q2 totū pecca
3m tuꝫ cōsistit in volūtate sicut in radice. ¶ Ad tertiū dōm
ꝙ ex volūtate est ꝙ aliquis actus sit laudabilis seu me-
ritorius ⁊ virtuosus vel culpabilis: ⁊ demeritori⁹ vel vi-
ciosus. Et ideo quelibꝫ virtus ⁊ viciū dicit̄ esse habitus
mētis ⁊ volūtatis: nō quin ad actū v̄tutis ⁊ vicij ꝑtineāt
etiā exteriores act⁹: sed q2 nō sunt act⁹ virtutis ⁊ vicij ni-
4m si fm̄ ꝙ a volūtate mētis impant̄. ¶ Ad 4m dōm ꝙ so-
la volūtas dicit̄ remunerari vel cōdēnari: q2 nihil cōdē-
5m natur vel remunerat̄: nisi per h̄ ꝙ est a volūtate. ¶ Ad
quintū dōm ꝙ in actib⁹ anime illud quo posito vl̄ remo
to: nihilomin⁹ alteꝝ manet: nō semꝑ se hꝫ accidentaliter
sed mālīter quādoqꝫ. Semꝑ enim illud qȯ est rō alteri⁹
se habꝫ ad illud sicut formale ad māle. puta in actu sen-
sus color videt̄ per lumē: ⁊ se hꝫ: vt māle ad lumē: qȯ po-
test videri etiā sine colore: lꝫ color non possit videri sine
lumīe. Et silr̄ in actu volūtatis finis ē rō volēdi id qȯ est
ad finē. vñ finis ē appetibilis ēt sine eo qȯ ē ad finē: ⁊ tñ
id qȯ ē ad finem nō accidētaliter se hꝫ ad appetibile: sed
māliter. Et silr̄ est in itellectu de ꝑncipio ⁊ cōclusione: q2
ꝑncipiū pōt itelligi sine ꝯclusione: sed nō ecōuerso. Q2 ḡ
actus volūtatis est ratio quare actus exterior sit culpa-
bilis: quātū ad hoc qȯ est eē peccatū culpabile: actus vo-
luntatis se hꝫ vt formale ad actū exteriorē: ⁊ actus exte-
rior se hꝫ nō accidētaliter sed māliter ad tale peccatum.
6m ¶ Ad sextū dōm ꝙ illius actus cuius manu aliquis vte
retur ad occidēduꝫ: esset quidē actus inordinatus: sed nō
haberet rōnem culpe: nisi per cōparationē ad illum qui
vtitur alterius manu. Et similr̄ actus exterior mēbri hꝫ
deformitatē: sed nō hꝫ rationē culpe: nisi per hoc ꝙ est a
volūtate. vnde si essent due persone volūtas ⁊ man⁹: ma
nus nō peccaret: sed volūtas peccaret nō solum ꝑ actum
propriū qui est velle: sed ēt per actū man⁹ qua vtit̄. Nūc
aūt vnus homo est cuius est vterqꝫ act⁹: ⁊ pro vtroqꝫ pu-
nitur. ¶ Et per hoc pꝫ solutio ad septimū. ¶ Ad octauū 7m
dōm ꝙ si querat̄ vtꝝ tm̄ peccet qui sola volūtate peccat 8m
quātū qui peccat volūtate ⁊ actu: dōm est ꝙ hoc pōt con
tingere dupliciter: vno mō ita ꝙ sit eq̄litas ex parte vo-
luntatis. Alio mō ita ꝙ nō sit eq̄litas. Cōtingit aūt ineq̄-
litatē volūtatis esse triplr̄. Uno mō fꝫ numeruꝫ. puta si
aliqs vno motu volūtatis vult peccare: ⁊ cū non habeat
oportunitatē trāsit volūtatis motus. In alio aūt ꝑmo hꝫ
motū volūtatis: postmodū oportunitateꝫ hñs iterat̄ vo
luntatis act⁹. Et sic ē in eo duplex mala volūtas: vna sine
actu: ⁊ alia cū actu. Alio mō pt̄ attēdi ineq̄litas ꝗ̄m ad mo-
tū. puta si vn⁹ hñs volūtatē peccādi: sciēs se nō hr̄e opor-
tunitatē: desistit a tali motu volūtatis. Alius aūt sciēs se
hr̄e facultatē peccādi ꝯtinuat volūtatis motū q̄uosqꝫ ad
actū ꝑueniat. 3⁹ mō ꝯtingit ineq̄litatē volūtatis eē quātū
ad itēsionē. Sūt. n. aliq act⁹ pctī delectabiles: in qb⁹ volū
tas auget̄ q̄si remoto freno rōis: q̄ añ actū aliq̄lr̄ remur-
murabat. Qualīcūqꝫ aūt sit ineq̄litas volūtatis: ē ineq̄litas
pctī. Si aūt sit oīo eq̄litas ex pte volūtatis: sic distīguen
dū vr̄ in pctō sic̄ ⁊ in merito. Qui. n. hꝫ volūtatē dādi ele
mosynā ⁊ nō dat: q2 nō hꝫ facultatē: tātūdē meret̄ ꝗ̄tū si
daret ꝑ ꝯpatione ad ꝑmiū eēntiale: qȯ est gaudiū de deo.
h̄. n. ꝑmiū rñdet charitati q̄ ad volūtatē ꝑtinet: sꝫ ꝑ ꝯpa-
tionē ad ꝑmiū accñtale: qȯ ē gaudiū de q̄cūqꝫ bono crea
to: magis meret̄ ꝗ nō soluꝫ vult dare: sꝫ dat. Gaudebit. n.
nō solū q2 dare voluit: sꝫ q2 dedit: ⁊ ex oīb⁹ bōis q̄ ex illa
datiōe ꝑuenerūt. Et silr̄ si considerēt̄ ꝗ̄titas demeriti ꝑ
ꝯpatione ad penā eēntialē: q̄ ꝯsistit in sepatione a deo ⁊
dolore exīde ꝓueniēte: nō min⁹ demeret̄ ꝗ sola volunta
te ꝙ̄ ꝗ voluntate ⁊ actu peccat: q2 hec pena ē ꝯtēpt⁹ dei ꝗ
respicit volūtatē. Sꝫ ꝗ̄tū ad penā scdariā q̄ est dolor de
quocūqꝫ alio malo: sic magis demeret̄ ꝗ actu ⁊ volūtate
peccat. hēbit. n. dolorē nō solū de eo qȯ male voluit: sꝫ ēt
de eo qȯ male fecit: ⁊ d oīb⁹ malis q̄ de ei⁹ maleficio ꝑue-
nerūt. Uñ ⁊ penitēs ꝗ penā futurā penitendo ꝑuenit. de
oīb⁹ talib⁹ dolet. Qȯ ḡ dr̄ ꝙ ꝗ̄tū additū ꝗ̄to facit maius
intelligēdū est vbi vtrūqꝫ dr̄ ꝗ̄tū fꝫ eādē rōneꝫ. Sꝫ vbi
vnū est rō alteri⁹ ꝙ sit ꝗ̄tū: h̄ nō opꝫ: sicut si lignū est lon
gū erit linea lōga: nec oꝫ ꝙ lignū cū linea sit lōgius ꝙ̄ li-
nea: q2 linea est rō lōgitudis ligno: sicut ēt dictū ē ꝙ act⁹
exterior hꝫ rōnē culpe ab actu volūtatis. Qȯ v̄o dr̄ ꝗ̄tuꝫ
intēdis tm̄ facis: hꝫ locū in malis. Q2 si aliqs itēdat pec-
care mortalr̄ ēt si ꝯmittat actū ꝗ de genere suo est pecca-
tū veniale vl̄ nullū: mortalr̄ peccat: q2 ꝯsciētia erronea li
gat. Si v̄o aliqs itēdat op⁹ meritoriū facere: ꝯmittēs ali-
q̄d qȯ de gn̄e suo ē pctm̄ mortale: nō meret̄: q2 ꝯscia erro
nea nō excusat. Si tñ sub intētiōe ꝯphēdat̄ nō solū intē-
tio finis: sꝫ volūtas opis: sic veꝝ est in bono ⁊ in malo: ꝙ
quātuꝫ aliquis intēdit tātuꝫ facit. Qui eniꝫ vult occide-
re sanctos vt obsequiū prestet deo: aut ꝗ vult facere fur-
tuꝫ vt det elemosynā: videt̄ quidē habere itētionē bonā
sed volūtatē malā. Et ꝓpter hoc si sub intētione etiā vo
luntas cōprehēdat̄: vt totum intētio nominet̄: erit etiaꝫ
intētio mala. ¶ Ad nonū dōm ꝙ nullus meret̄ nec de- 9m
meretur ꝑ habitu: sed ꝑ actu. vnde ꝯtingit ꝙ aliquis est
sic fragilis ꝙ si tētatio sibi supueniret peccaret: ꝗ tamen
si tentatio nō superueniat actu nō peccat. Nec ꝓpter hoc
demeretur: q2 vt Augus. dicit nō punitur aliquis a deo ꝓ
eo qȯ facturus esset: sed pro eo qȯ facit: licet ergo oportu
nitatem peccati habere vel nō habere nō sit in potestate
peccantis: tamen vti oportunitate habita vel nō vti est
in potestate ipsius. Et ex hoc peccat ⁊ peccatū eius auge-
tur. ¶ Ad decimū dōꝫ ꝙ q2 peccatū nō ē in aliis actib⁹ 10m
nisi inquātū sunt a volūtate: ꝓpter hoc per peccatū ꝑnci
paliter priuat̄ id qȯ est in volūtate. ¶ Ad vndecimū di 11m

cendū ꝙ omne qḋ cōparaē ad alterꝫ vt ratio eiꝰ:se hꝫ ad
ipm sicut forma ad mām:vnde ex duobꝰ fit vnuꝫ:sicut ex
mā ꝛ forma.Et ꝑpter hoc colo2 ꝛ lumē sunt vnū visibile:
qꝛ colo2 est visibilis ꝑpter lumē.Et similr cū actus exte
rio2 habeat rationē peccati ab actu volūtatis:idē pecca
tū est actus volūtatis:ꝛ actꝰ exterio2 cōiunctꝰ.Sed si ali
quis ꝑmo velit fu:ꝛ postea volēs faciat:sunt duo pecca
ta:qꝛ iteraē volūtatis actus.Qn̄ aūt ex duobꝰ fit vnū:ni
hil ꝓhibꝫ illoꝫ duoꝫ vnū alterius cām eē.Et sic actꝰ vo
luntatis est actꝰ exterioris causa:sicut ꝛ actꝰ supioris vir
tutis est causa actus iferioris:ꝛ semꝑ formalr se habꝫ ad
12m ipsuꝫ.¶ Ad 12m dōm ꝙ in vtroq; actu iteriori ꝛ exterio
ri cōsistit defōrmitas peccati.Sꝫ tñ vna deformitas est
vtriusq;.Qḋ ideo est:qꝛ in vno eoꝫ cātur deformitas ex
13m alio.¶ Ad 13m dōm ꝙ in essentia actuū exterioꝫ dr̄ nul
la cōsistere iustitia:qꝛ actus exteriores nō ꝑtinent ad ge
14m nus moris:nisi scḋꝫ ꝙ sunt volūtarij.¶ Ad 14m dicēdū
ꝙ reatus.i.obligatio ad penā est quidā effectꝰ cōsequēs
ad peccatū.vnde cū diciē ꝙ peccatū trāsit actu ꝛ manet
reatu:idem est ac si diceret ꝙ transit per suam essentiaꝫ:
ꝛ manet in effectu.

¶ Utrꝫ petm̄ ꝑncipalr cōsistat in actu volūtatis.



1m Ertio queriē vtꝫ peccatū ꝑncipaliter cōsistat in actu volūtatis.¶ Et
videē ꝙ nō.Denominatio.n. fit a ꝑncipali:
vt dr̄ 2°.de aīa.Sed peccatū denominaē ab
exteriori actu:vt cū diciē furtū vel homici
diuꝫ.Nō ḡ peccatū ꝑncipaliter cōsistit in actu volūtatis
2m ¶ P̄.actus volūtatis nō pōt esse malus:qꝛ ipsa potētia
volūtatis bona est:nec pōt arbo2 bona fructꝰ malos face
re:vt dr̄ Math.7°.ergo peccatum nō ꝯsistit ꝑncipalr in
3m actu volūtatis.¶ P̄.Ansel.dicit in lib.de casu diaboli.
Nō est maluꝫ motus volūtatis:sed volūtas vel mouēs
volūtatē.Motus aūt voluntatis est actus ipsius.ḡ pec
4m catum nō consistit ꝑncipaliter in actu volūtatis.¶ P̄.
que necessitate fiunt:nō fiūt volūtate.Sꝫ Augꝰ.dicit ꝙ
quedā necessitate facta sunt iꝑrobāda:ꝛ ita sunt peccata
5m Nō ergo ꝑncipaliter peccatū in volūtate cōsistit.¶ P̄.
Ro.7°.dicit glo.ꝙ omne peccatū est ex ꝯcupiscētia:que
quidē nō est in volūtate:sed in vi cōcupiscibili.Nō ergo
6m peccatū ꝑncipaliter cōsistit in volūtate.¶ P̄.ifectio po
tentiaꝫ anime non est nisi per peccatū.Sed diciē ꝙ cō
cupiscibilis iter alias vires est maxime ifecta.ḡ in ea ꝑn
7m cipaliter cōsistit peccatū.Nō ḡ in volūtate.¶ P̄.poten
tie appetitiue cōsequēter se habēt ad apprehēsiuas.Sꝫ
apprehēsiue itellectiue partis accipiūt ab apprehēsiuis
partis sensitiue.ergo ꝛ appetitiue supiores ab appetiti
uis inferiorībꝰ.Et sic peccatuꝫ per prius videē cōsistere
in actu appetitiue in iferiorībꝰ:que est irascibilis ꝛ cōcu
8m piscibilis:q̄ꝫ in actu volūtatis.¶ Preterea.propter qḋ
vnūqḋq; ꝛ illud magis:vt dicitur in ꝑmo posterioꝫ.Sꝫ
actus volūtatis est malus:qꝛ actꝰ exterio2 est malus.Iō
enim velle furari est malū:qꝛ furari malū est.Non ergo
9m per prius est peccatū in actu volūtatis.¶ P̄.volūtas tē
dit in bonuꝫ sicut in suū obiectū.vnde semꝑ est vel veri
boni:ꝛ tūc nō est peccatū:vel apparētis boni nō existen
tis:ꝛ tūc est peccatū.Sed qḋ appareat aliqḋ bonum nō
existēs:est ex vicio itellectus:vel alterius apprehensiue
v̄tutis.Nō ergo ꝑncipaliter ꝯsistit peccatū in volūtate.

S Sed contra est qḋ Augꝰ.dicit in li.de li.ar°.Cer
tuꝫ est in oī male faciēdi genere li
bidinem dominari.libido aūt ad voluntateꝫ pertinet.ḡ
ꝑncipalr petm̄ in volūtate cōsistit.

R. Respondeo. dicēdū ꝙ quedā peccata sunt in q
bus actus exteriores nō sunt sꝫ se
mali:sed scḋm ꝙ ex corrupta intētiōe vel volūtate ꝓce Idē ꝑᵃ
dūt:puta cū quis vult dare elemosynā ꝑpter inanē gl'iaꝫ 2ᵉ.q.2.
Et in hꝫ peccatis manifestū est ꝙ oībus modis peccatū ar.4.
ꝑncipaliter cōsistit in volūtate.Quedā aūt peccata sunt
in q̄bus exteriores actꝰ sunt s̄m se mali:sicut pꝫ in furto:
adulterio:homicidio:ꝛ similibꝰ.Et in istis duplici distin
ctione opus esse videē.Quaꝫ ꝑma est:ꝙ ꝑncipaliter du
pliciter dr̄.s.ꝑmordialiter ꝛ ꝯpletiue.Altera distinctio ē:
ꝙ actus exterio2 duplr̄ considerari pōt.Uno modo s̄m
ꝙ est in apprehēsiōe s̄m suā rōneꝫ.Alio modo s̄m ꝙ est
in operis executiōe.Si ḡ ꝯsidereē actus sꝫ se malus:pu
ta furtū vel homicidiū ꝓut est in apprehēsiōe s̄m suā ra
tionē:sic primordialr in ipso iueniē rō mali:qꝛ nō est ve
stitus debitis circūstātijs.Et ex hoc ipso ꝙ est actus ma
lus.i.priuatꝰ debito modo:specie ꝛ ordie:hꝫ rationē pec
cati.Sic eniꝫ in se ꝯsideratus ꝯparatur ad volūtateꝫ vt
obiectū:ꝓut est volitus.Sicut aūt actus sunt ꝑetiꝫ po
tentijs:ita ꝛ obiecta actibꝰ.Unde ꝑmordialiter inueniē
ratio mali ꝛ peccati in actu exteriori sic cōsiderato:q̄ꝫ in
actu volūtatis.Sed ratio culpe ꝛ mortalis mali cōpleē
s̄m ꝙ accidit actus volūtatis.Et sic ꝯpletiue malū cul
pe est in actu volūtatis.Sed si accipiaē actus peccati sꝫ
ꝙ est in executione operis:sic ꝑmordialiter et per prius Idē ꝑᵃ
est culpa in volūtate.Ideo auteꝫ diximus per prius esse 2ᵉ q.74
maluꝫ in actu exteriori q̄ꝫ in voluntate:si actus exterio2
in apprehēsione consideretur:econuerso autem si consi
deretur in executiōe operis:qꝛ actꝰ exterio2 ꝯparatur ad
ad actū volūtatis:vt obiectū:qḋ hꝫ rōnē finis.Finis aūt
est posterio2 in esse:sꝫ ꝑo2 in itētione.

Ad primū ergo dicēdum ꝙ actus habꝫ spēm ab obiecto.Et ꝑpter hoc peccatuꝫ deno Ad ꝑm
minatur ab actu exteriori s̄m ꝙ cōparatur ad ipsum vt
obiectū.¶ Ad 2m dōm ꝙ volūtas s̄m suam nām est bo 2m
na.Unde ꝛ actus eius nālis semꝑ est bonꝰ.Et dico actuꝫ
nālem volūtatis:ꝓut homo vult felicitateꝫ naturaliter:
esse:viuere:ꝛ beatitudinē.Si aūt loquamur ḋ bono mo
rali:sic voluntas s̄m se cōsiderata:nec est bona nec mala
sed se habens in potētia ad bonū vel maluꝫ.¶ Ad 3m di 3m
cēduꝫ ꝙ Ansel.loquiē quādo actus exterio2 est sꝫ se ma
lus.Tūc.n.motus volūtatis accipit rationē mali ex mo
uente.idest ex ipso actu inquātuꝫ est obiectū.¶ Ad 4m 4m
dōm ꝙ necessitas coactiōis absolute repugnat volunta
rio:ꝛ talis necessitas omnino excludit culpā.Est tamē q̄
dam necessitas mixta volūtario:puta cum nauta cogiē
merces in mari ꝓijcere:vt vitet submersionē nauis.Et
ea que ex tali necessitate fiunt possunt habere rationem
culpe:inquātuꝫ habent aliquid de volūtario.Sunt eniꝫ
hꝫ facta magis volūtaria q̄ꝫ inuolūtaria:vt ph̄s dicit in
3°ethi.¶ Ad 5m dicēduꝫ ꝙ q̄nq; sub iordinata ꝯcupiscē 5m
tia ēt volūtas icludit.Sꝫ si accipiaē ꝯcupiscētia ēt sꝫ ꝙ
ꝑtinet ad vim ꝯcupiscibilē:peccatū dr̄ oriri ex cōcupiscē
tia.Non ꝙ in ipsa cōcupiscētia sit principalr peccatum:
sed qꝛ est incitatiuum ad peccādum.Principaliter autē
est peccatum in volūtate:s̄m ꝙ male cōcupiscētia ꝯsen
tit.¶ Ad sextū dōm ꝙ cōcupiscibilis diciē eē maxie ife 6m
cta:quātuꝫ ad trāsfusionē peccati originalis a parentibꝰ
in posteros:sed hec ipsa infectio processit ab inordinata
voluntate primi parētis.¶ Ad septimū dōm ꝙ actꝰ ap 7m
prehēsionis in nobis qui sciētiaꝫ a rebus accepimus:est
s̄m motum a rebus ad animā.viciniores autē sunt rebꝰ
sensibilibus sensus q̄ꝫ intellectus.Et ideo sequitur ꝙ si
cut sensus recipit a rebus sensibilibꝰ:ita intellectꝰ a sensi
bus.Actus autē appetitiue virtutis est s̄m motū ab aīa
ad res.Et iō econuerso naturaliter ab appetitu supiori
ꝑcedit motus ad appetitū inferioreꝫ:vt dr̄ in 3°.de anīa.

8 ¶ Ad octauū dōm q actus iterior dicitur esse malus ꝑ pter actū exteriorē:sicut ꝑpter obiectū:tñ culpa cōplet in actu interiori. ¶ Ad nonū dōm q id qd nō est vere bo-
9 nū:apparet bonū dupliciter. Quādoq; quidē ex vicio intellectus:sicut cū habet falsam opinionē aliquis de aliquo agēdo:vt pꝫ in eo qui putat fornicationē nō esse peccatū:vel etiā in eo qui nō hꝫ vsum rōnis. Et talis de- fectus ex parte itellectus ꝑueniēs dirimit culpā: vel to- taliter excusat. Aliquādo autē nō est defectus ex parte ipsius intellectus:sed magis ex parte volūtatis. Qualis enim est vnusquisq;:talis ⁊ finis videtur ei: vt dicitur 3° ethi. Experimēto enī cognoscim⁹ q aliter videt̄ nobis bonū aliquid vel malū circa ea que amamus: ⁊ ea que odimus. Et ideo cū aliquis est inordinate affectus ad ali quid impeditur iudiciū intellectus in particulari eligi bili ex inordinata affectione. Et sic ꝑncipaliter viciū est nō in cognitione:sed in affectione. Et ideo qui sic peccat nō dr̄ ex ignorātia peccare:sꝫ ignorās:vt dr̄ in 3° ethi.

¶ Utrum omnis actus sit indifferens.

6 Quarto queritur vtrum omnis actus sit indifferēs. ¶ Et videtur q sic. Dicit enim Ansel. in lib. de cōceptu virginali Jn hominē.i.actuū essentia nulla est iusticia:et eadē rōne nulla iniusticia. Sꝫ ille actus dicit̄ idifferēs in quo neq; est iusticia neq; iniusticia.ergo oēs
2 actus sunt indifferētes. ¶ Preterea.qd est secūdū se bo num:nō pōt esse malū. Quia qd per se inest alicui: inest ei ex necessitate. Sed nō est aliquis actus qui non possit male fieri:etiā hoc ipsum qd est deū diligere:vt pꝫ in eo qui diligit deū ꝑpter tēporalia.ergo nullus actus est fꝫ se bonus:⁊ pari ratione neq; fm se malus. Omnis ḡ act⁹
3 fm se est indifferēs. ¶ Preterea.cū bonū ⁊ ens cōuertā tur:ab eodē habebit aliquid q sit bonū:⁊ q sit ens. Sꝫ actus habꝫ esse morale a volūtate. Si enī nō sit volūta rius nō est actus moralis.ergo ⁊ bonitatē moralē ⁊ ma liciā habꝫ a volūtate.ergo fm se neq; est bon⁹ neq; ma lus:sed indifferēs. ¶ Sed dice. q licet actus habeat q sit moralis inquātū est volūtarius:quod est quoddam cōe:tamē hoc speciale:qd est esse bonū vel esse malū: hꝫ
4 scdm se. ¶ Sed ꝯ.bonū ⁊ malū sunt differētie actuum moraliū. Sed differētie per se diuidunt genus. Et sic oꝫ q nō ad aliud referant̄ differētie q̄ genus. Si ergo hoc cōe qd est esse morale habꝫ actus a volūtate:ab eadē et volūtate habebit q sit bonus vel malus. Et sic fm se est
5 indifferēs. ¶ Preterea.actus moralis dicitur bon⁹: in- quātum est debitis circūstātijs vestitus:malus aūt inq̄ tum vestitur indebitis circūstātijs. Sed circūstātie cū sint accidētia actus sunt ꝑter spēm ipsius. Cū ergo illud dicat̄ alicui secūdū se ꝯuenire:qd ꝯuenit ei fm suā spēz: videtur q actus fm se nec sit bonus nec malus:sed idif
6 ferens. ¶ Preterea.sicut albū ⁊ nigrū iuenitur in eadē specie hominis:ita bonū ⁊ malū in eadē spē actus. Non enī differt specie accedere ad suā:⁊ nō ad suā:qd ex effe ctu apparet:vtrobiq; enī nascitur homo. Et tamē vnū eoꝝ est bonū:aliud malū. Sed albū ⁊ nigrum nō per se cōueniūt homini.ergo neq; bonū ⁊ malū per se ꝯueniūt
7 actui:⁊ ita ois actus fꝫ se ꝯsideratus est idifferēs. ¶ P̄. ea que per se insunt:nō variant̄ circa aliquid idē nume ro:sicut nō est idē numerus par ⁊ impar. Sed vnū ⁊ eun dē actū numero cōtingit esse bonum ⁊ malū. Est enī vnus numero actus qui est continuus. Jn actu aūt conti nuato cōtingit ꝑmo bonum ⁊ postea malū inueniri:aut ecōuerso.puta si aliquis incipiat ire ad ecclesiā ex mala intētione:⁊ in ꝑcessu itineris ꝯuertat̄ eius intētio in bo nū.ḡ bonū ⁊ malū nō ꝑ se ꝯuenit actui:⁊ ita glibꝫ actus de se ē idifferēs. ¶ P̄.malū inq̄tū malū:est nō ens. Sꝫ 8
nō ens nō pōt esse de suba alicui⁹entis.ḡ cū actus sit qd dam ens nō pōt aliqs actus fm se eē malus:⁊ p ꝯñs nec bonus:q: bonus act⁹ malo ꝯtriatur:cōtraria aūt sunt vni⁹ generis.ḡ idē qd p̄. ¶ P̄.act⁹ bonus dicit̄ vel malus 9
ex ordine ad finē. Sꝫ actus nō accipit spēm a fine:q: sic quoscūq; actus cōtingeret esse eiusdē spēi:cum diuersos act⁹ad vnū finē ordinari ꝯtingat.ḡ malū ⁊ bonū nō pti nent ad spēm actus:⁊ sic act⁹ fꝫ se cōsiderati nec sunt bo ni nec mali:sed indifferētes. ¶ P̄.bonū ⁊ malū nō solū 10
in actib⁹ inueniūt̄:sꝫ etiā in alijs reb⁹. Jn alijs aūt nō di uersificant spēm.ergo neq; in actibus:⁊ sic actus secūdū se nō sunt boni nec mali. ¶ P̄.actus morales boni: dicū 11
tur actus virtuosi:act⁹ aūt mali:actus viciosi.virt⁹ autē ⁊ viciū sunt in genere habitus.ḡ q actus sit bonus vel malus habet ex alio genere:⁊ nō fm seipsum. ¶ P̄.pri⁹ 12
nō depēdet a ꝑprietatib⁹ posterioris. Sꝫ actus est prior nāliter q̄ moralis:q: ois actus moralis est actus ; sed nō cōuertitur. Cū ergo bonū ⁊ malum sint ꝑprietates mo ralis:nō scdm se cōueniēt actui inquātum est actus. ¶ P̄. 13
qd naturalr̄ est tale:semper ⁊ vbiq; tale est:sed iusta ⁊ bo na non semper ⁊ vbiq; talia sunt. Quedam enim iustū est fieri in vno loco ac tempore: que non est iustum fieri in alio. Nihil est ergo nāliter iustū aut bonū: ⁊ per ꝯñs neq; iniustū aut malū.ergo ois actus fꝫ se est idifferēs.

Sed contra est qd Aug⁹.dicit in lib. de sermone domini in mōte: q quedā sunt que 3
non possunt bono animo fieri:sicut sunt stupra: blasphe- mie:⁊ hōi: de quibus nobis iudicare permittit̄. Nō ergo omnes actus sunt indifferētes.

Respondeo. dicendum q circa hoc apud anti quos doctores fuit diuersa opinio. R
Quidā enim dixerunt oēs actus de se esse idifferētes. Qdā alij negauerūt dicētes:quosdā act⁹esse p se bonos: et q̄dā p se malos. ¶ Ad hui⁹aūt veritatis inuestigationē cō siderādū est:q bonū iportat quādā pfectionē:cui⁹ perfe ctionis ꝑuatio malū est:vt vtamur large noīe pfectiōis: scdm q in se cōprehēdit ꝯueniētē mēsurā ⁊ formā ⁊ or dinē.vnde Aug⁹.in li.de nā boni ꝯstituit rōnem boni in mō:spē:⁊ ordine:⁊ in hoꝝ ꝑuatione rōnē mali. Manife stū est aūt q nō est eadē pfectio ꝑpria oium: sꝫ diuersa diuersoꝝ:siue accipiat̄ diuersitas que est inter diuersas spēs:vt iter equū ⁊ hominē:quoꝝ est diuersa pfectio:siue inter gen⁹ ⁊ spēm:vt iter animal ⁊ hoiem. Aliquid.n. pti net ad perfectionē hois:qd nō ptinet ad perfectionē ani malis.vnde aliter opꝫ accipere bonū aīalis:⁊ bonū hois ⁊ equi ⁊ bouis. Et idē dōm est de malo. Manifestum est enī q nō habere man⁹ in hoīe est malū:nō autē in equo aut boue:aut ēt in aniali inq̄tū est aīal. Et sīr dōꝫ est in actib⁹ de bono ⁊ malo. Nā alia est ꝯsideratio boni ⁊ ma li in actu fm q est actus:⁊ in diuersis spālib⁹ actib⁹. Nā si cōsideremus actū inquantū est actus:bonitas eius est vt sit quedā emanatio fm virtutē agētis. Et ideo fm di uersitatem agētiū:diuersimode accipit̄ bonū ⁊ malum in actib⁹. Jn rebus aūt naturalib⁹ actus bonus est qui ē fm cōueniētiā nature agētis:malus aūt qui nō ꝯuenit nature agētis. Et sic cōtingit de vno ⁊ eodē actu diuersi mode iudicari fm ꝯparationē ad diuersa agētia. Nam hoc qd est moueri sursū:si ꝯparet̄ ad ignē est bon⁹ act⁹: q: est ei nāle:si aūt cōparet̄ ad terrā est malus act⁹:q: ē cōtra nāꝫ ei⁹:si vō ꝯparet̄ ad corpus mobile in cōi nō hꝫ ratione nec boni nec mali. Loquimur aūt nūc de actib⁹ hois:vnde bonū ⁊ malū in actib⁹ fꝫ q nūc loqmur:est accipiēdū fm id qd est ꝑpriū hois inq̄tū est hō.hec aūt est rō vnde bonū ⁊ malū in actibus humanis cōsiderat̄

fm ꝙ actus cõcordat rõni īformate lege diuina:vel na-
turaliter:vel per doctrinã:vel ꝑ īfusionez.Uñ ⁊ Diony⁹
dicit.4.ca.de di.no ꝙ aīe malũ est ꝑter rõnē eē:corpori
ꝑter nãz.Sic ĝ si eē ſꝫ rõnē vel ꝑter rõnē ꝑtinet ad spēz
act⁹hũani oꝫ dicere ꝙ aliq̄ act⁹ hũani sint ſꝫ se bõi: ⁊ ali-
q̄ fm se mali. Dicim⁹.n.ꝑ se ꝯuenire alicui nõ solũ qḋ cõ-
uenit ei rõne sui generis:ſꝫ ēt qḋ cõuenit ei rõne sue spēi:
sicut rationale ⁊ irrõnale per se insunt aīalib⁹rõne suarũ
spēꝝ:licet nõ rõne hui⁹ generis qḋ est aīal. Nõ.n.aīal in-
quãtũ est anial:est rõnale vel irrõnale.Si vͦo eē ꝑter ra-
tionē vel fm rõnē nõ pertinet ad spēz actus humani: se-
quiť ꝙ actus humani per se nec boni nec mali sint:ſꝫ in-
differētes:sicut hoīes per se nec albi nec nigri sunt: hoc ē
ĝ ex quo veritas hui⁹q̄ōnis depēdet. ¶ Ad cuius euidē-
tiaz cõsiderãduz est ꝙ cũ actus recipiat spēm ab obiecto
fm aliquã rõnē obiecti specificabiť actus cõparatus ad
vnũ actiuũ ꝑncipiũ:fm quã rõnē nõ specificabiť cõpara-
tus ad aliud.Cognoscere.n.colorē ⁊ cognoscere sonũ sũt
diuersi actus fm spēs:si ad sensum referanť:q2 hec ſꝫ se
sensibilia sunt:nõ aũt si referanť ad itellectũ:q2 ab itelle-
ctu cõprehēdiť sub vna cõi rõne obiecti.s.entis aut veri.
Et silr sentire albũ ⁊ nigrũ differt spē si referať ad visuz
nõ si referať ad gustum.Ex quo potest accipi ꝙ actus cu-
iuslibet potētie specificať secũdum id qḋ per se pertinet
ad illã potētiaz:nõ aũt fm id qḋ pertinet ad eã solũ ꝑ ac-
cidens.Si ergo obiecta humanoꝝ actuũ considerenť q̄
habēt differētias fm aliquid per se ad rationē ꝑtinens:
erũt actus spē differētes:fm ꝙ sunt actus rõnis:licet nõ
sint spē differētes:ſꝫ ꝙ sunt act⁹alicui⁹alteri⁹po͛.Sicut
cognoscere mulierē suã:⁊ cognoscere mulierē nõ suã: sũt
act⁹habētes obiecta dr̃ia fm aliq̄d ad rõnē ꝑtinēs. Naz
suuz ⁊ nõ suum determinanť fm regulam rõnis.Que tñ
dr̃ie per accidēs se habēt si cõparenť ad vim generatiuã
vel etiã ad vim cõcupiscibilē.Et ideo cognoscere suam
⁊ cognoscere nõ suaz spē differũt fm ꝙ sunt actus rõnis:
nõ aũt fm ꝙ sunt actus generatiue:aut concupiscibilis.
Intãtuz aũt sunt actus humani:inquãtuz sunt actus rõ-
nis.Sic ergo pꝫ.ꝙ differũt spē inq̄tuz sunt actus huma-
ni.pꝫ ĝ ꝙ actus humani ex spē sua habēt ꝙ sint boni vel
mali.Et iõ simpliciter dōm est actus aliquos hũanos eē
fm se bonos vel malos:⁊ nõ oēs esse idifferētes : nisi for-
te fm ꝙ ꝯsideranť in suo genere tãtũ.Sicut.n.dr̃ ꝙ ani-
mal inq̄tuz est aīal:neq3 rõnale neq3 irrõnale est:ita põt
dici ꝙ actus human⁹inq̄tuz est actus:nõduz hꝫ rõnem
boni vel mali moralis:nisi aliq̄d addať ad spēm ꝯtinens:
licꝫ etiã ex hoc ipso ꝙ est actus human⁹:⁊ vlteri⁹ ex hoc
ꝙ est ens habeat aliquã rõnez boni:sed nõ hui⁹boni mo-
ralis:qḋ est fm rõnem esse:de quo nũc agim⁹.

Ad pm **Ad primuz** ergo dōm ꝙ Ansel.loquiť de actib⁹
fm rõnez generis: ⁊ nõ fm rationez
2m spēi. ¶ Ad scdm dōm ꝙ illud qḋ cõsequiť spēm alicui⁹
semper inest ei.Cũ ergo actus hominis spēm ꝯsequať ex
rõne obiecti fm quã est bon⁹vel malus actus sic specifi-
catus in bono nũq̄3 põt esse malus:nec specificat⁹ in ma-
lo vnq̄3 põt esse bon⁹.Cõtingit tñ actui fm se bono adiũ-
gi aliquē aliuz actũ malũ fm aliquē ordinē. Et fm illuz
actũ malũ bon⁹ aliquãdo diciť maleficari:nõ ꝙ in seipo
sit malus.Sicut dare elemosynam pauperi vel diligere
deũ est actus fm se bonus:ſꝫ referre actũ bõ ad finez ali-
quez inordinatũ.s.cupiditatis:aut inanis glorie est qui-
dã alius actus malus.Qui tñ duo actus quodã in ordie
in vnũ rediguntť.Bonum aũt vt Diony⁹dicit est ex tota
⁊ itegra causa.Malũ est ex singularib⁹defectibus.Et iõ
quicquid hoꝝ sit maluz siue actus siue iordinatio actus
in finē:totũ iudicať maluz. Nõ aũt totũ iudicatur bonũ
nisi vtrũq3 fuerit bonum:sicut nec iudicatur homo pul-
cher nisi oĩa eius mēbra fuerint decora:turpis aũt iudi-
catur etiaz si vnum eius mēbrũ fuerit deforme. Et inde
est ꝙ actus malus nõ potest bene fieri. Ex quo eniz act⁹
malus est:nõ potest esse itegruz bonuz. Sed actus bon⁹
potest male fieri:q2 nõ requiriť ꝙ sit integruz malũ: sed
sufficit ꝙ sit particulariter malũ. ¶ Ad tertiũ dicēdum 3m
ꝙ esse volũtariuz pertinet ad rationē actus humani: in-
quãtuz est actus humanus. vnde qḋ inest ei inquãtũ est
volũtariũ siue fm genus siue fm differētiaz : nõ inest ei
per accidēs:sed per se. ¶ Per quod patet solutio ad 4m. 4m
¶ Ad quintũ dicēdũ ꝙ circũstãtie se habēt ad act⁹mo- 5m
rales sicut accidētia que sunt preter rationem speciei ad
res naturales. Actus autē moralis sicut dictũ est recipit
speciē ab obiecto ſꝫ ꝙ cõparatur ad rationē. Et ideo di-
citur cõiter ꝙ actus quidã sunt boni vel mali ex genere:
⁊ ꝙ actus bonus ex genere est actus cadens supra debi-
tam mãm.sicut pascere esurientem:actus autem malus
ex genere est qui cadit supra indebitã mãm:sicut subtra-
here aliena. Materia eniz actus diciť obiectum ipsius.
Sed supra hanc bonitatē vel malitiaz:potest supuenire
alia bonitas vel malitia ex aliquo extrinseco : qḋ vocať
circũstãtia:sicut ex loco vel tēpore:aut cõditione agētis
aut hõ:puta si subtrahat non sua ex loco sacro: vel ꝓpter
indigētiaz:aut aliquid hõ.Et licꝫ huiusmodi bonitas vl
malitia nõ per se cõueniat actui morali fm ꝙ in sua spē
cõsistit:aliqua tñ bonitas vel malitia cõuenit ei fm suaz
spēm:q2 sicut supra dictũ est fm diuersas perfectiões est
diuersa ratio bonitatis. ¶ Ad sextũ dōm ꝙ in eadez spe- 6m
cie actus moralis põt esse bonũ ⁊ malum ex circũstãtia:
sicut in eadē specie hominis põt esse albuz ⁊ nigrũ. Sed
tamē actus qui fm se sunt boni:differunt spē ab actibus
qui sunt fm se mali: put sunt act⁹morales:licꝫ forte non
differant specie put sunt actus naturales:vt patꝫ de his
duobus actibus cognoscere suaz:⁊ cognoscere nõ suam.
¶ Ad septimũ dicēduz ꝙ nihil ꝓhibet aliquid esse idē 7m
numero fm vnũ genus:qḋ tamē fm aliud genus nõ so-
lum numero:sed spē differt:sicut si sit aliquod corpus cõ-
tinuũ in vna parte albuz:⁊ in alia parte nigrũ: est vnum
numero inquãtũ est cõtinuũ:sed differt nõ solum nume-
ro:sed spē inquãtum est coloratuz. Et similr si in aliquo
actu cõtinuo ꝑmo feratur intētio ad bonũ: postea ad ma-
lum:sequitur ꝙ sit vnus actus numero fm suã naturaz:
sed tamē differt specie:fm ꝙ est in genere moris.licet ēt
dici possit ꝙ ille actus semper retinet vel bonitatez vel
malitiã quã habet ex sua specie:licet possit circa eundez
actum variari itētionis actus fm diuersos fines. ¶ Ad 8m
octauuz dicēduz ꝙ sicut in naturalib⁹priuatio cõsequiť
aliquaz formã:sicut ad formã aque cõsequitur priuatio
forme ignis:ita in moralibus ad positionez alicuius mo-
di vel speciei ordinis:sequitur priuatio debiti modi aut
speciei vel ordis.Et ita ex eo ꝙ positiue in actu inueniť
recipit actus speciem:sed ex priuatione cõsequēte diciť
malus.Et sicut per se cõuenit aque nõ esse ignez : ita per
se conuenit tali actui:⁊ fm suã speciez esse maluz. ¶ Ad
nonuz dicēduz ꝙ duplex est finis: ꝓxim⁹⁊ remotus. Fi- 9m
nis ꝓximus actus:idem est qḋ obiectũ: ⁊ ab hoc recipit
spēz.Ex fine aũt remoto nõ hꝫ spēm:ſꝫ ordo ad talem fi-
nem est circũstãtia actus. ¶ Ad 10m dōm ꝙ bonũ hꝫ rõ- 10m
nez finis.vnde finis inquãtuz bõ est obiectũ volũtatis.
Et q2 moralia a volũtate depēdēt:inde est ꝙ bonũ ⁊ ma-
luz in moralib⁹spē differũt. Nõ aũt sic est in aliys. ¶ Ad 11m
11m dōm ꝙ aliqui actus dicũtur virtuosi vl viciosi nõ so-
luz ex hoc ꝙ ꝓcedũt ex habitu virtutis vel viciy:sed q2
sunt siles aliys actibus q a talib⁹habitibus ꝓcedũt.Uñ

etiā aliquis anteq̄ʒ habeat v̄tutē operaꝛ̄ actū virtuosuʒ:
aliter tamē postq̄ʒ hʒ virtutē. Nā anq̄ʒ habeat virtutem
operaꝛ̄ quidē iusta: sed nō iuste: ꝛ casta: sed nō caste. Sed
postq̄ʒ hʒ virtutē opaꝛ̄ iusta iuste: ꝛ casta caste: vt pʒ per
ph̄m in 2° ethic̄. Sic ḡ pʒ ꝙ triplex est gradus bonitatis
ꝛ malitie in actib⁹ moralib⁹. Primo q̄dē ſm suū genus ꝛ
spēm per cōparationē ad obʒ siue mā̄ʒ. 2° ex circūstātia.
12m 3° vero ex habitu īformāte. ¶ Ad 12m dōʒ ꝙ ratio illa ꝓ-
cedit de actu ſm rōnē generis: ex qua nō hʒ bonitatē vel
malitiam moralē: habet tamen ſm spēʒ: sicut dictuʒ est.
13m ¶ Ad 13m dicēduʒ ꝙ iusta ꝛ bona possunt dupl'r cōsidera
ri. Uno mō formal'r: ꝛ sic semꝑ ꝛ vbiq̄ʒ sunt eadē: q2 ꝓnci
pia iuris que sunt in nāli rōne nō mutanꝛ̄. Alio mō mā-
liter. Et sic nō sunt eadē iusta ꝛ bona vbiq̄ʒ ꝛ apud oēs: sʒ
oʒ ea lege determinari. Et hoc cōtingit ꝑꝑ mutabilitatē
nature humane: ꝛ diuersas cōditiones hominū ꝛ reꝝ ſʒ
diuersitatē locoꝝ ꝛ tēporuʒ. Sicut hoc semꝑ est iustū ꝙ
in emptione ꝛ vēditiōe fiat cōmutatio ſʒ equiualēs: sed
ꝓ mēsura frumēti iustū est vt in tali loco vl' tꝑe tātū deꝛ̄
ꝛ in alio loc vel tꝑe: nō tantū sʒ plus vl' min⁹.

¶ Utrū aliqui actus sint indifferentes.

1m QUinto querꝛ̄ vtrū aliq̄ actus sint īdiffe
rentes. ¶ Et videꝛ̄ ꝙ nō. Ens. n.
inquātū est ens: est bonū. Enti aūt opponitur
nō ens: bono v'o malū. Sʒ īter ens ꝛ nō ens ni
hil est mediū. ḡ nec īter bonū ꝛ malū. Neces-
se est ḡ oēs act⁹ eē bonos vel malos: ꝛ nulluʒ īdifferentē.
¶ Sʒ dice. ꝙ ens ꝛ bonū nō ꝯuertūꝛ̄ in ḡn̄e moris: sʒ in
ḡn̄e nāe. Et sic nō oʒ ꝙ bonū ꝛ maluʒ ī genere moris sint
2m īmediata. ¶ Sed ꝯ. maius bonū est bonuʒ moris q̄ʒ bo-
nuʒ nature. ḡ maiorē hʒ oppositionē ad malum. Si ḡ bo
nuʒ nature īmediate opponiꝛ̄ malo: multo magis bonū
3m moris. ¶ P̄. malū nō opponiꝛ̄ bono ꝯrie: q2 maluʒ nihil
ponit: sʒ opponiꝛ̄ ei ꝑuatiue. ꝑuatiue aūt opposita nō hn̄t
mediū circa ꝓpriū susceptibile. ꝓpriū āt susceptibile bo
ni ꝛ mali moralis ē act⁹ hūan⁹. ḡ ois act⁹ hūan⁹ ē bon⁹ vel
4m malus: ꝛ nullus īdifferēs. ¶ P̄. act⁹ human⁹ est a volūta
te deliberata. volūtas aūt deliberata semꝑ agit ꝑꝑ finē. ḡ oīs
act⁹ human⁹ est ꝑꝑ finē. Finis aūt oīs aut est bonus: aut
malus. Qui aūt est ad bonū est bon⁹: qui vero ad maluʒ
est malus. ḡ oīs actus human⁹ vel est bon⁹ vel malus: et
5m nullus īdifferens. ¶ P̄. oīs operatio humana vel est vti
vel frui. Quicūq̄ʒ aūt vtiꝛ̄: aut recte vtitur: aut peruerse:
qδ est abuti. Et sīl'r quicūq̄ʒ fruiꝛ̄: aut deo fruiꝛ̄ qδ est bo
nuʒ: aut creatura qδ est malū. ḡ oīs actus human⁹ vel est
6m bonus vel malus. ¶ P̄. vt Aug⁹. dicit in lib. 83. q̄ōnū. In
nā̄ nullus actus est casualis. hʒ. n. q̄libet actus cās occul-
tas: lʒ nobis ignotas. Sed sicut est casuale in nā: ita vide
tur esse īdifferēs in moralib⁹: qδ est ꝑter intētioneʒ boni
7m vel mali. ḡ nullus actus moralis est indifferēs. ¶ P̄. oīs
actus ꝓcedēs a volūtate īformata charitate est merito-
rius. oīs vero actus ꝓcedēs a volūtate nō īformata cha
ritate est demeritorius: q2 oēs teneꝛ̄ ad cōformādū vo
luntatē suā volūtati diuine: ꝑcipue quātū ad modū volē
di: vt ex charitate velit que vult: sicut ꝛ de⁹. Qδ non pōt
obseruare qui charitatē nō hʒ. ḡ q̄libet actus est merito-
8m rius vel demeritori⁹: ꝛ nullus est īdifferēs. ¶ P̄. nullus
dānaꝛ̄ nisi ꝓ culpa. Sed aliq̄s dānatur ꝓpter hoc ꝙ nō
hʒ charitatē: vt pʒ Math. 22. de illo q̄ exclusus est a nu-
ptiis: ꝓpter hoc ꝙ nō habuit vestē nuptialē: per quā cha
ritas significaꝛ̄. ḡ nō hr̄e charitatē est peccatuʒ. Et q̄cq̄d
fit a nō habēte charitatē est demeritoriū: ꝛ sic idē qδ pri⁹
9m ¶ P̄. ph̄s dicit in 7° ethi. ꝙ actiōes in moralib⁹ sunt sic̄
ꝯclusiones in syllogisticis: in q̄bus est veꝝ ꝛ falsuʒ: sicut
ꝛ in moralib⁹ bonū ꝛ malū. Sʒ oīs ꝯclusio est vera vl' fal
sa. ḡ oīs actus moralis est vl' bon⁹ vel malus: ꝛ nullus in-
differens. ¶ P̄. Grego. 6° moraliū dicit ꝙ mali inde dei 10m
volūtateʒ peragūt: vnde ꝯrie nituntꝛ̄. Multo ḡ magis il-
li qui nō ꝯrie nituntꝛ̄ dei volūtatem peragunt. peragere
autem dei voluntatem est bonum. ergo seq̄tur ꝙ omnis
actus sit bon⁹: ꝛ nullus act⁹ sit īdifferēs. ¶ P̄. ad ad h' ꝙ 11m
aliquis sit actus meritori⁹ in habēte charitatē. nō req̄riꝛ̄
ꝙ actu referaꝛ̄ in deū: sʒ sufficit ꝙ actu referaꝛ̄ in aliquē
finē ꝯuenīēteʒ qui habitu referꝛ̄ in deum. Sicut si aliq̄s
volēs peregrinari ꝑꝑ deū emat equuʒ: nihil actu de deo
cogitās: sed solū de via quā iā in deū ordinauerat. hoc est
eniʒ meritoriū. Sʒ ꝯstat ꝙ ille q̄ habʒ charitatē se ꝛ oīa
sua ordinauit in deū cui īheret vt vltimo fini. ḡ q̄cq̄d or-
dinat vel ad se vel ad qδcūq̄ʒ aliud sui meritorie agit: et
si actu de deo nō cogitet: nisi īpediaꝛ̄ per aliquā īordina
tionē act⁹ q̄ nō sit referibilis in deū. Sed hoc nō pōt esse
q̄n sit peccatū saltē veniale. ḡ oīs actus habentis charita
tē: vel est meritori⁹: vel est peccatū: ꝛ nullus īdifferēs. Et
eadē ratio videꝛ̄ de aliis. ¶ Sʒ dice. ꝙ pōt actus nō eē
meritorius: nec īordinatus ex hoc solo ꝙ aliq̄s negligen
ter ꝛ ex quadā subreptiōe nō ꝓmpte refert in finē cōue-
nīētē. ¶ Sed ꝯ. ipa negligentia peccatū est: vel mortale 12m
vl veniale. pctā etiā q̄daʒ venialia ex subreptiōe fiūt: vt
patet: precipue in primis motibus cōcupiscētie. ergo per
hoc nō excluditur quin sit peccatum veniale. ¶ Prete- 13m
rea. Glo. Aug. dicit ꝑma Cori. 3° ꝙ ligнuʒ fenum ꝛ stipu-
lam edificat: qui rebus cōcessis inheret magis q̄ʒ debet.
Sed qui ligнuʒ: fenū: ꝛ stipulaʒ edificat peccat: alias nō
puniretur igne. ergo q̄ inheret rebus cōcessis magis q̄ʒ
deberet peccat. Sed q̄cūq̄ʒ agit: vel inheret reb⁹ cōcessis
vel nō cōcessis. Si nō cōcessis peccat: si concessis magis
q̄ʒ debet: sīl'ter peccat: si ſm ꝙ debet bene agit. ergo oīs
hūan⁹ actus vel est bonus vel malus: ꝛ nullus īdifferēs.

Sed contra est quod Aug. dicit in lib. de sermo- ꝯ p̄
ne domini in monte: ꝙ quedā sunt
facta media que possunt bono ꝛ malo animo fieri: de q̄-
bus temerariuʒ est iudicare. ¶ Preterea. philosophus 2°
dicit ꝙ bonuʒ ꝛ malū sunt cōtraria mediata. ergo est ali-
quid medium īter bonum ꝛ malū: qδ est īdifferēs.

Respondeo. dicenduʒ ꝙ sicut supra dictum est R°
actus moralis preter bonitatem ꝛ
malitiā quā habet ex sua spē: pōt habere aliā bonitatē vl'
malitiaʒ ex circūstātiis que cōparanꝛ̄ ad actum moralē
sicut accidentia quedam. Sicut autem genus cōsidera-
tur in sua ratione sine differentiis: sine quibus nō potest
esse species: ita species cōsideratur ſm suaʒ rationem si-
ne accidentibus: sine quibus tamē nō potest esse indiui-
duum. Non eniʒ est de ratione hominis esse album vel
esse nigrū: vel aliquid huiusmodi. Impossibile est tamē
esse aliquē homineʒ singulareʒ quin sit albus vel niger:
vel aliquid huiusmodi. Sic ergo loquēdo de actib⁹ mo-
ralibus ſm ꝙ in suis speciebus cōsiderantur: possunt di-
ci boni vel mali ex genere. Sed bonitas vl' malitia que
est ex circūstātiis: non cōuenit ei ſm suum genus vel spe
ciem: sed īdiuiduis actibus talis bonitas vel malitia cō-
uenire potest. Si ergo loquamur de actu morali ſm suā
specieʒ: sic nō omnis actus moralis est bonus vel malus:
sed aliquis est indifferens: quia actus moralis speciem
habet ex obiecto ſm ordineʒ ad rationē: vt supra dictuʒ
est. Est autē aliquod obiectū quod importat aliquid cō-
ueniens rationi: ꝛ facit esse bonū ex genere: sicut vestire
nudum. Aliquod autē obiectū qδ importat aliq̄d discor-
dans a rōne: sicut tollere alienū. Et hoc facit maluʒ in ge
nere. Quoddā vero obiectuʒ est: qδ neq̄ʒ īportat aliquid
cōueniēs rōni: neq̄ʒ aliq̄d a rōne discordans: sicut leuare

festucam de terra:vel aliquid h̄ꝫ:⁊ hꝫ dicit̄ idifferēs.Et
quātū ad hoc bene dixerūt qui actus diuiserunt tripha
rie:dicētes quosdā esse bonos:quosdā malos:quosdā in
differētes.Si vero loquamur de actu morali ſm indiui
duū:sic q̄libet particularis act⁹ moralis necesse est ꝙ sit
bonus vel malus ꝑpter aliquā circūstātiā.Nō.n.pōt cō
tingere ꝙ actus singularis sine circūstātijs fiat:que ipm
rectū faciāt vel idirectū.Si.n.fiat qñcūqꝫ quādo opꝫ: et
vbi opꝫ:⁊ sicut opꝫ ⁊c̄.hꝫ actus ē ordinat⁹ ⁊ bon⁹.Si vo
aliq̄d hoꝝ deficiat:actus est iordinat⁹⁊ malus. Et h̄ ma
xime cōsiderari pōt in circūstantia finis.Qđ.n.fit ꝑpter
iustā necessitatē:vel ꝑpter piā vtilitatez:laudabilr̄ fit: ⁊
bon⁹ est actus.Quod aūt caret iusta necessitate ⁊ pia vti
litate:ociosuz reputat̄:vt Grego⁹.dicit.Ociosum aūt ver
buz est peccatū:⁊ multo magis factū.Dicit̄.n.Math.12.
Omne verbū ociosum qđ lo.fu.ho.re.de eo ra.Sic ḡ bo
nus actus ⁊ malus actus ex genere sunt opposita media
ta:⁊ est aliquis actus qui in spē cōsideratus est idifferēs.
Bonū aūt ⁊ malū ex circūstātia sunt imediata:q̄ꝛ distin
guunt̄ ſm oppositionē affirmationis ⁊ negationis.s. per
hoc qđ est ſm ꝙ oꝫ:⁊ nō ſm ꝙ oꝫ ſm oēs circūstātias. h̄
aūt bonū ⁊ malū:est ꝓpriū actus singularis.Et ideo nul
lus actus human⁹ singularis est idifferēs.Et dico actum
humanū qui est a voluntate deliberata.Si.n.sit aliquis
actus sine deliberatiōe ꝓcedēs ex sola ymaginatione:si
cut cōfricatio barbe:aut aliq̄d hꝫ: hꝫ actus est ex genus
moris.vnde nō participat bonitatē vel malitiā moralē.

Ad pm Ad primū ḡ dōꝫ ꝙ licꝫ ens inq̄ꝫtū ē ens sit bonū:
nō tñ oē nō ens ē malū:nā nō hr̄e ocu
los lapidi nō est malum . Unde nō opꝫ ꝙ si ens ⁊ nō ens
2m sint imediata ꝙ bonum ⁊ malū sint imediata.¶ Ad 2m
dōm ꝙ ens ⁊ bonū ꝯuertunt̄ simplr̄ ⁊ in quolibꝫ genere
Unde phs in p̊ ethi.ſm genera entiū distinguit bonuz.
Sed veꝝ est ꝙ ens simplr̄ nō ꝯuertit̄ cū bono moris:si
cut nec etiā cū bono nature.Bonū aūt moris:est quodā
modo maius bonū q̄ꝫ bonū nature:inquātū.s.est actus ⁊
perfectio nālis boni:licet aliquo modo bonuz nature sit
meli⁹:sicut subā accidēte.Patet aūt ꝙ nec ēt bonū natu
re ⁊ malū imediate opponūt̄:q̄ꝛ nō omne nō ens est ma
3m luz:sicut omne ens est bonū:vnde ratio non seq̄t̄.¶ Ad
tertiū dōm ꝙ bonū ⁊ malū in moralib⁹ opponunt̄ ꝯtra
rie:⁊ nō ſm ꝑuationē ⁊ habitū.Maluz.n.ponit aliquid
inq̄ꝫtuz ꝯsequit̄ quēdā ordinē vel modū vel spēm:vt su
pra dictū est.vnde nihil ꝓhibet ea opponi mediate:sicut
phs ponit.Sed malū in nā cōsequit̄ ꝑuationem simplr̄.
vnde bonū ⁊ malū nature licet nō sint imediata simplr̄:
vt dictū est:sunt tñ imediata circa ꝓpriū susceptibile:vt
4m ⁊ 5m priuatio ⁊ habit⁹.¶ 4m ⁊ 5m ꝯcedim⁹.ꝓcedūt.n.de actu
6m nō in spē:sed de actu singulari put exit a volūtate.¶ Ad
sextū dicēdū ꝙ in natura nihil est casuale ſm relationez
ad cāꝫ primā:q̄ꝛ oia sunt a deo ꝓuisa:sed sunt aliq̄ casua
lia per cōparationē ad cās ꝓximas.habere.n.causam nō
excludit casuale:sꝫ habere cām ꝑ se.Casualia.n.sunt que
ex causis per accidēs oriunt̄.In actib⁹ aūt hoīs sunt ali
qui quidē q̄ fiūt ꝑpter finē imaginatū:sed non delibera
tū:sicut cōfricatio barbe:vel aliquid hꝫ:q̄ in genere mo
ris quodāmodo se habēt sicut actus casuales in nā: quia
7m nō sunt a rōne que est per se causa moraliū actuuz.¶ Ad
septimū dōm ꝙ nō oīs actus ꝓcedēs a volūtate iforma
ta charitate est meritorius:si volūtas ꝓ potētia accipia
tur:alioquin venialia peccata essent meritoria que com
mittunt iterdū etiā charitatē habētes:sed veꝝ est ꝙ oīs
actus qui est ex charitate est meritori⁹.Hoc aūt est sim
pliciter falsum ꝙ oīs actus qui nō est ex volūtate infor
mata charitate sit demeritorius.Alioq̄n illi q̄ sūt in pec
cato mortali in quolibꝫ suo actu peccarēt:nec eis esſꝫ cō
sulēduꝫ ꝙ interim q̄cquid boni possent facerēt: nec opa
ab eis facta que sūt de genere bonoꝝ disponerēt eos ad
gratiā:que oia sunt falsa.Tenet̄ aūt quilibꝫ ad ꝯformā
dū volūtatē suā volūtati diuine quātum ad hoc ꝙ velit
quicq̄d vult deus eū velle:ſm ꝙ dei volūtas inotescit ꝑ
ꝓhibitiones ⁊ precepta:nō aūt quātū ad hoc ꝙ ex chari
tate velit:nisi ſm illos q̄ dicūt ꝙ modus charitatis ē in
ꝓcepto.Que quidē opinio aliq̄liter vera est: alioq̄n sine
charitate posset aliq̄s legē implere:qđ est pelagiane ipie
tatis.Nec tñ est vera oino:q̄ꝛ sic aliq̄s charitatē nō hn̄s:
honorās parētes peccaret mortaliter ex omissiōe modi:
qđ est falsuz.Unde modus sub necessitate ꝓcepti icludi
tur ſm ꝙ preceptū ordinatur ad ꝯsecutionē beatitudis:
nō aūt ſm ꝙ ordinat̄ ad vitādū reatum pene.vnde q̄ ho
norat parētes:nō hn̄bēs charitatē:nō meret̄ vitā eternā:
sed tñ neqꝫ demeret̄.Ex quo pꝫ ꝙ nō oīs human⁹ act⁹ ēt
in singulari cōsideratus est meritorius vel demeritori⁹:
licꝫ oīs sit bonus vel malus.Et hoc dico ꝑꝑ eos q̄ chari
tatē nō habēt:qui mereri nō possunt.Sed habētib⁹ cha
ritatē oīs actus est meritorius vel demeritorius:vt obq
ciendo ꝓbatū est.¶ Ad octauū dōm ꝙ nō habere chari 8m
tatē nō meret̄ penaꝫ.Sicut.n.habitib⁹ nō meremur: sed
actib⁹:ita neqꝫ ipsa carētia hituū demeremur. Demeret̄
aūt aliq̄s ꝑ h̄ ꝙ obstaculū charitati pōit:vl̄ omittēdo vl̄
ꝯmittēdo.Neqꝫ ille i euāgelio punit⁹ dr̄:q̄ꝛ nō hūit vestē
nuptialē:sꝫ q̄ꝛ nō hn̄s vestē nuptialē ad sacrū ꝯuiuiū itra
uerat. Dictū est enim ei.Qūo huc itrasti nō hn̄s vestē nu
ptialē.¶ Ad 9m dōꝫ ꝙ veꝝ ⁊ falsuz opponūt̄ sꝫ ens ⁊ nō 9m
ens:veꝝ.n.est cū dr̄ esse qđ est:vel nō esse qđ non est. Fal
sum aūt cuꝫ dr̄ esse qđ nō est:vel nō esse qđ est.vnde sicut
nec iter esse ⁊ nō esse est mediū:ita nec iter veꝝ ⁊ falsum.
De bono autē ⁊ malo alia rō est:vt ex supradictis patet.
¶ Ad decimum dōm ꝙ illi q̄ ꝯtrie nitunt̄ voluntati dei 10m
implēt ipsaꝫ ꝓter intētionē suā. Sicut iudei occidentes
xp̄m ipleuerūt volūtatē dei de redēptione humani gene
ris preter suā intētionē.hoc aūt est vnuz exēplorum que
Grego.pōit.Sic aūt implere dei volūtatē neqꝫ est bonū:
neqꝫ laudabile.¶ Alia tria ꝯcedimus.ꝓcedunt enim de 11m 12m
executione singularis actus. ⁊ 13m

Concedimus ēt q̄ adducūt̄ in oppom. ꝓcedūt Ad arm
.n.de bono ⁊ malo actu ex gn̄e. in ꝯriuꝫ

¶ Utꝝ circūstātia det spēꝫ peccato.aut variet ipsaꝫ.

Sexto querit̄ vtꝝ circūstātia det spēꝫ pec
cato:aut variet ipsam trāsferēdo in
aliud gen⁹ peccati.¶ Et vr̄ ꝙ nō.pn̄m.n.spēi ē pm
intrisecū:circūstātia aūt est extrinseca: vt ipm
nomē sonat.ḡ circūstātia nō dat spēꝫ peccato.
¶ Sꝫ dice.ꝙ id qđ est circūstātia actui in spē nāe consi
derato:dat spēꝫ actui inq̄ꝫtū est moralis.¶ Sꝫ ꝯ.sicut se 2m
hꝫ obm ad actū in genere:ita se hꝫ obm morale ad actuꝫ
morale.Sꝫ obm dat spēꝫ actui.ḡ obm morale actui mo
rali. Nō ḡ circūstātia.¶ P̄.idē act⁹ peccati hꝫ mltas cir 3m
cūstātias.Si ḡ circūstātia dat spēꝫ pctō:seq̄t̄ ꝙ ideꝫ pec
catū sit in diuersis spēb⁹:qđ est ipole.¶ P̄.id qđ iam est 4m
sub spē ꝯstitutū:nō accipit spēꝫ ab alio:nisi p̄ori spē corru
pta.Sꝫ furtū est iā ꝯstitutū in aliq̄ spē pcti.ꝑ circūstātiā
aūt istā additā q̄ ē furari d̄ loco sacro:aut rē sacrā: nō au
fert̄ p̄⁹ spēs:q̄ꝛ adhuc ē furtū.ḡ ꝓdcā circūstātia nō dat ali
q̄ꝫ spēꝫ pctō:⁊ pari rōne nec aliq̄ alia.¶ P̄.pctā videt̄ di 5m
uersificari abiuicē sꝫ supabūdātiā ⁊ defectū. Sic.n.op
ponit̄ liberalitas ꝓdigalitati.Sꝫ abūdātia ⁊ defect⁹ vi
dent̄ ad vnā solā circūstātiā ꝑtinere:q̄ est q̄ꝫtuꝫ.ḡ alie cir
cūstantie nō diuersificant spēꝫ pctōꝝ . ¶ P̄.pctm̄ oē est 6m
voluntarium.vt Augus.dicit.Sed voluntas non fertur

super circũstantiã:sicut cum aliquis furaẽ vas aureum
consecratũ:non curat de cõsecrato:sed soluz de auro.ergo
ista circũstantia non dat spẽz peccato:ꝛ pari ratione nec
7m alie. ¶ P.illud qđ non manet:sed statim transit:nõ põt
variari a specie quã ꝑus habuit.Sed act⁹ peccati nõ ma/
net sed statim transit.ergo circũstantia non potest varia/
8m re spem peccati. ¶ P.sicut contingit esse defectuz in mo
ralibus secundum aliquas cirunstantias:ita ꝛ in natu/
ralibus.Monstra.n.cõtingunt in nã:quãdoq3 quidẽ ꝑꝑ
arctitudinez loci:quãdoq3 aũt ꝑpter abundantiam mãe
aut etiam diminutionem:ꝛ ex alijs hꝫ causis:ꝛ tñ semꝑ ẽ
idem in specie ꝙ nascitur.ergo nec in moralib⁹ spẽs pec/
cati diuersificatur per corruptionem diuersarum circun
9m stantiaruz. ¶ P.finis dat speciem in moralibus.quia ex
intentiõe iudicatur actus moralis bonus vel malus.Sz
circũstantia non est finis.ergo circũstantia non dat spẽm
10m peccato. ¶ P.peccatum opponitur virtuti.Sed circun/
stantia non variat speciem virtutis.eiusdem.n. virtutis
est bñfacere clerico vel layco.s.liberalitatis vł misericor
11m die.ergo circũstantia non variat speciem peccati. ¶ P.si
circũstantia mutet speciem peccati:opꝫ ꝙ peccatũ aggra
uet.Sed qñq3 non aggrauat illa.s.que videtur speciem
mutare.puta si sit ignorata:vt si aliquis accedat ad cõiu
gatam quam nescit cõiugatam:adulterium facit.Nec tñ
videtur aggrauari peccatum:qꝛ minimũ habet de ratio/
ne peccati.qđ minimũ habet de volũtario.Non ergo hꝫ
12m circũstantia mutat spẽm peccati. ¶ P.si ista circũstãtia
que est sacrũ dat speciem peccato:cũ remaneat ibi fur/
tum:sequitur ꝙ sit ibi ꝛ sacrilegiũ ꝛ furtum.Et sic in vno
13m actu facit duo peccata:qđ videẽ inconueniens. ¶ P.ꝼm
phm in li.ethi.actio in moralibus est sicut conclusio l spe
culatiuis:sed circũstantia non variat speciem conclusio/
nis.ergo nec variat speciẽ actus moralis:ꝛ sic nõ dat spe/
14m ciez peccato. ¶ P.sicut sunt quidam actus morales:ita
ꝛ sunt quidam actus artis.Sed circũstantia non variat
speciez actus artificialis:quia nõ refert in quocũq3 loco:
vel in quocũq3 tempore:aut ex quacũq3 causa faber cul/
tellum faciat quãtum ad speciem artis.ergo nec circun/
15m stantia variat speciem actus moralis. ¶ P.maluz ex ge/
nere cõsueuit diuidi contra malũ ex circunstantia.Sed
maluz ex genere pertinet ad ipsam spẽz peccati.ergo ma/
lum ex circumstantia non.pertinet ad speciẽ peccati.Nõ
16m ergo circunstantia dat speciẽ peccato. ¶ P.circũstantia
inquãtũ aggrauat:facit maius malum.Sed magis ꝛ mi/
nus non diuersificant speciem.ergo circunstantia aggra/
uans:non variat speciem peccati.

3p. **Sed cõtra.** locus est circũstantia quedam. Sz
locus dat spẽm peccato. Dicitur eni
sacrilegium esse si aliquis de loco sacro furetur.ergo cir/
2. cunstantia dat speciem peccato. ¶ P.si aliquis cogno/
scat mulierem cõiugatam adulteriuz cõmittit:qđ ẽ que/
dam species peccati.Sed solutam esse:vel cõiugatã mu
lierem:est quedam circunstantia actus.ergo circunstan/
tia dat speciem peccato.

Rño **Respondeo.** Dõm ꝙ ad euidentiam huius que/
stionis tria consideranda sunt.Pri
mo.vnde peccatũ spẽm habeat.2°.quid sit circũstãtia.Et
sic 3°. poterit esse manifestum quõ circũstantia dat spẽm
peccato.Quãtũ ğ ad primũ cõsiderãdũ est ꝙ cũ act⁹ mo/
ralis sit actus qui est a ratione ꝑcedẽs volũtari⁹:opꝫ ꝙ
actus moralis speciem habeat ꝼm aliqđ in obiecto cõsi/
deratum:ꝙ ordinez habeat ad rationẽ.Et sic in precedẽ
ti qõe dictũ est ꝙ si sit cõueniẽs rationi erit actus bonus
ꝼm speciem:si aũt sit discordans a ratione:ꝼm spẽm ma/
lus erit.hoc aũt qđ est nõ cõueniens ratiõi circa obm cõ/
sideratum:diuersificare põt peccati speciez duplr.Vno°
qdẽ mãlr.Alio° formalr.Materialr qdẽ ꝑ oppositũ ad
virtutẽ.Differũt.n.virtutes specie:ꝼm ꝙ ratio medium
adinuenit in diuersis materijs.puta iustitia est ꝼm ꝙ rõ
medium cõstituit in cõmutationibus ꝛ distributionib⁹:
ꝛ hꝫ actionibus:temperantia autem ꝼm ꝙ in cõcupiscẽ/
tijs:fortitudo ꝼm ꝙ in timorib⁹ ꝛ audacijs:ꝛ sic de alijs.
Nec dꝫ alicui inconueniens videri si diuersificãtur spẽs
virtutum ꝼm diuersas materias:cuz diuersitas materie
cõsueuerit esse causa diuersitatis nõ spẽꝝ:sed idiuiduo/
rum:qꝛ etiam in naturalibus diuersitas materie diuersi/
tatem in spẽ causat:qñ diuersitas materie diuersitatẽ for
me requirit.vñ ꝛ in moralibus necesse est diuersas spe/
cie virtutes esse circa diuersas materias:in quibus rõ
diuersimode adinuenit medium.Sicut in concupiscen/
tijs adinuenit mediũ refrenando.vnde ꝛ virtus in eis cõ
stituta propiquior est defectui ꝙ̃ supabũdantie:vt ipsuz
tẽperãtie nomẽ ostendit.In audacijs aũt ꝛ timorib⁹ nõ
retrahendo:sed magis impellendo ratio adinuenit me/
diũ.vñ virtus in his cõstituta propinquior est superabũ/
dantie:ꝙ̃ defectui:vt ipsum fortitudinis nomẽ ostẽdit.ꝛ
similr est videre in ceteris.Sic ergo ꝛ per oppositum ad
virtutes peccata differunt specie ꝼm diuersas materias:
puta homicidium:adulterium:ꝛ furtum. ¶ Nec ẽ dõz
ꝙ differãt specie ꝼm differentiam preceptoꝝ:sed magis
ecõuerso precepta distinguunẽ ꝼm differentiam virtutũ
ꝛ vicioruz.qꝛ ꝑcepta ad hoc sunt:vt ꝼm virtutem opere/
mur:ꝛ peccata vitemus.Si vero aliqua essent peccata so
lum qꝛ ꝓhibita:in his rõnabile eet:vt ꝼm dñiam ꝑcepto
rum:spẽ peccata different.Sed quia circa vnaz materiã
cum sit vna virtus contingunt esse peccata specie diuer/
sa:opꝫ 2°. considerare formalr diuersitatẽ speciei in pec/
catis.prout.s.peccatur vel ꝼm superabundantiã vel ꝼm
defectum:sicut differt timiditas a presumptione:ꝛ illibe
ralitas a ꝓdigalitate:vel ꝼm diuersas circũstantias:sicẽ
species gule distinguunẽ ꝼm ea que in hoc versu contineẽ
tur.Prepropere:laute nimis:ardẽter:studiose.Sic ğ ha/
bito qualiter peccata specie differant:cõsiderandum est
quid sit circunstantia.Dicitur autem circunstantia quia
circũstat actũ quasi extrinsecus extra actus subam cõsi/
deratum.hoc aũt est vno quidem modo ex parte cause si
ue finalis:cum consideramus cur fecerit:siue ex ꝑte agẽ/
tis principalis:cũ consideramus quis fecerit:siue ex par/
te instrumẽti:cum consideramus quo instrumento fece/
rit:vel quibus auxilijs.Alio modo circũstat actũ ex ꝑte
mensure:puta cum consideram⁹ vbi vel qñ fecerit.Ter/
tio modo ex parte ipsius actus:siue cõsiderem⁹ modum
agendi:puta vtrum lente vel fortiter ꝑcusserit:frequẽter
aut semel:siue consideremus obiectũ siue mãm act⁹:puta
vtrũ percusseris patrẽ vel extraneũ:siue etiam effectum
quẽ agendo induxit:puta vtrũ percutiendo vulnerauit:
vel etiam occidit:que oĩa cõtinẽtur hoc versu.Quis:qđ:
vbi:qb⁹ auxilijs:cur:quõ:qñ.Ita tñ ꝙ in qđ includaẽ nõ
soluz effectus:sed etiam obm:vt itelligaẽ ꝛ qđ ꝛ circa qđ.
¶ His ergo visis ɔsiderandũ est ꝙ sicut in alijs aliqđ ẽ
extrinsecũ superiori:qđ est itrinsecũ inferiori:vt rõnabi/
le est ꝑter rõnẽ aĩalis:qđ tñ est de rõne hominis:ita aliqđ
est circũstantia respectu actus cõmuni⁹ cõsiderati:quod
respectu actus magis in speciali cõsiderati nõ põt circun
stantia dici.Sicut si consideremus hunc actũ qui est ac/
cipere pecuniam:non est de rõne eius ꝙ sit aliena:vnde
alienũ se hꝫ ad actum sic cõsideratũ vt circũstantia.Sz
de ratione furti est:ꝙ sit aliena:vnde nõ est circũstantia
furti.Non tamen opꝫ ꝙ oẽ qđ est ꝑter rõnez superioris.
sit de rõne iferioris.Nã albũ sicut nõ est de rõne aĩalis:

ita nō est de rōne boīs: vel accñtalr cōparaṫ ad vtrūqȝ. Et
silr nō oȝ q̄ oē qđ est circūstātia cōiozis act⁹ cōstituat spe
ciem aliquam in actibus. sed illud tantū qđ per se perti
net ad actum. Jam autem dictum est q̄ ad actum mora
lem aliquid per se pertinet: sȝ q̄ comparatur ad rationē
vt conueniens ꝛ repugnans. Si ergo circūstantia addita
nullam specialem repugnantiā ad rōnem ipoztet: nō dat
spēm actui: puta vti re alba nihil addit ad rōnē ptinens:
vnde albuȝ nō cōstituit spēm actus moralis. Sed vti re
aliena addit aliquid ad rationē pertinēs: vnde cōstituit
speciem actus moralis. Sed cōsiderandū est vlterius q̄
circūstantia addita ad rationē ptinens: pōt cōstituere no
uam speciem peccati dupľr. Uno mō ita q̄ spēs per circū
stantiaȝ cōstituta sit quedam spēs illius peccati qđ prius
cōsiderabatur in actu cōiozi: siue species peccati cōstituaṫ
formalr siue materialr. Materialr quideȝ: sicut si supra
hoc qđ dico vti re aliena addatur vxoze: ex quo cōstituiṫ
adulterium. Formalr aūt: sicut si accipiā rem alienaȝ de
loco sacro. Fit .n. sacrilegiū: qđ est spēs furti. Aliqñ autē p
circūstantiaȝ cōstituiṫ quedam alia species disparata: nō
pertinēs ad illud gen⁹ peccati. Sicut si ego furer rē alie
nam: vt possim homicidiū facere: vel symoniā cōmittere
trahitur ad speciem peccati oīno disparatā. ꝛ hoȝ simile ēt
in alijs rebus inuenimus. Si .n. supra colozatū cōsidereṫ
albū fit spēs qualis: qđ prius considerabaṫ. Si aūt supra
colozatū itelligaṫ dulce: fit alia spēs qualis. oīno dispara
ta. Cuius diuersificatis ratio est: q̄ cum id qđ addiṫ: est p
se diuisiuū eius cui additur: facit speciem eius. Cū aūt p
accidens se hȝ ad ipsum: habȝ quidem spēm suam: que tñ
non est spēs eius cui additur. q̄ quod aduenit per accñs
non fit vnū per se cū eo cui aduenit. Sic ergo pȝ quomo
do circūstantia pōt cōstituere spēm peccati.

Ad pm Ad primum ergo dōm. q̄ illud qđ cōsideraṫ vt circūstantia ꝛ extrinsecū respectu
actus aliquo modo cōsiderati: potest etiam considerari
vt intrinsecū respectu actus alio modo considerati: ꝛ da
2m re speciem ipsi. ¶ Ad 2m dōm: q̄ sicut act⁹ in cōmuni re
cipit spēm ab obiecto: ita actus moralis recipit spēm ab
obiecto morali. Nō tñ ppter hoc excludiṫ quin recipiat
speciem per circūstantias. Quia ex circumstantia pōt cō
siderari in obiecto aliqua noua cōditio per quā dat spēȝ
actui: puta si dicā: accipere rem alienam in loco sacro exi
stentē: hic cōsideraṫ cōditio obiecti ex circumstantia loci: ꝛ
sic fit spēs furti que est sacrilegiū ex circūstātia loci: ꝛ nō
ex conditione obiecti. Et similr necesse est accidere qñ
cūqȝ species peccati que per circūstantiā constituiṫ: com
paratur ad peccatum preintellectum vt spēs ad genus: si
cut sacrilegiū ad furtū: vel adulteriū ad fornicationem.
Quādo vero species peccati ex circūstantia proueniens
non est spēs peccati preintellecti: sed est quedaȝ alia spēs
disparata: tunc potest intelligi q̄ circūstantia dat spēm:
non sm q̄ ex ea resultat aliqua conditio circa obiectū: sȝ
sm q̄ illa circūstantia cōsideraṫ vt obiectū alteri⁹ actus
circūstantis: sicut si aliquis mecaṫ vt fureṫ: additur que
dam alia species peccati ppter actum intentionis ten
dentem in malum finem: qui est obm̄ itentionis. Et simi
liter si quis faciat aliquid indecēs in tpe sacro: tempus sa
crum qđ consideraṫ vt circumstantia respectu actus ide
centis qui in eo fit potest considerari vt obiectum respe
ctu alterius actus circūstantis: qui ē cōtinere tempus sa
3m 4m crum. Et simile potest dici in alijs. ¶ Ad 3m dōm q̄ quā
do circūstantia constituit spēȝ que comparaṫ ad peccatū
pintellectū: sicut species ad genus subalternū: nō sequiṫ
q̄ idē sit in diuersis specieb⁹. Esse .n. sub homine ꝛ sub
animali non est esse sub diuersis spēbus: q̄ homo vere ē

id qđ est aīal: ꝛ simile est de sacrilegio ꝛ furto. Sȝ si circū
stantia cōstituat aliam speciem peccati disparatā: sequiṫ
eūdem actum esse sub diuersis speciebus peccati. Nec h
est inconueniēs: q̄ spēs peccati non est species actus sm
suam nām: sicut supra dictum ē: sed sm esse morale: quod
cōparaṫ ad nāȝ actus: sicut q̄le ad subam: vel poti⁹ sic de
formitas qualis ad subiectū. Sicut ergo nō est inconue
niens q̄ idem corpus sit albū ꝛ dulce: q̄ sunt diuerse spēs
qualitatis: ꝛ q̄ idē homo sit cec⁹ ꝛ surdus: qui sunt diuer
si defectus sm spēm: ita non est inconueniens q̄ idē act⁹
sit in diuersis speciebus peccati. ¶ Et per hoc etiā pȝ re
sponsio ad 4m. ¶ Ad 5m dōm q̄ non ois dīa peccatoꝝ 5m
est sm superabundantiam ꝛ defectum: sed sm diuersam
materiam: ꝛ sm defectum aut supabūdantiā in diuersis
circūstantijs. Et tñ supabūdantia ꝛ defectus non solum
attendiṫ sm quātum: sed sm quascūqȝ circūstantias. Q̄z
siue aliquis operetur vbi non opȝ: vel qñ nō oȝ: ꝛ similr i
ceteris: erit abundantia. Defectus aūt si in quocūqȝ pre
dictoꝝ deficiat. ¶ Ad 6m dōm: q̄ lȝ pncipalr volūtas fu 6m
rantis nō feratur ad rem sacrā: sed ad aurū: fertur tñ sup
rem sacraȝ ex cōsequenti. Magis .n. vult rem sacrā acci
pere: q̄ auro carere. ¶ Ad 7m dōm q̄ cum diciṫ q̄ circū 7m
stantia mutat spēm peccati. aut transfert in aliud genus:
nō itelligiṫ q̄ actus prius exns in vna spē iterū resumaṫ
ꝛ fiat alterius speciei: sed q̄ act⁹ qui absqȝ circūstātia cō
sideratur non esset in tali spē peccati: circūstātis superue
niente illā spēm peccati hȝ. ¶ Ad 8m dōȝ: q̄ defect⁹ cir 8m
cunstātie in natura nō mutat spēm substantialeȝ nature:
sed mutat spēm deformitatis. Alis .n. spēs monstri ē que
causaṫ ex arctitudine loci: ꝛ ex multitudie māe. Et simi
liter est in proposito: vt dictum est. ¶ Ad 9m dōȝ: q̄ act⁹ 9m
moralis non hȝ spēȝ a fine remoto: sed a fine pximo qui
est obm̄. Dictū est aūt q̄ circūstantia dat spēm inq̄tū est
obm̄ alic⁹ act⁹: vel inquātum ex ea resultat aliq̄ conditio
circa obm̄. ¶ Ad 10m dōm: q̄ ēt in virtutib⁹ circūstātia 10m
trāsfert i aliā spēȝ: lȝ nō ois. Facere .n. magnos sumpt⁹ est
act⁹ magnificētie: sȝ facere magnos sumpt⁹ i tēplo cōstruē
do est act⁹ religionis. ¶ Ad 11m dōm: q̄ omnis circūstan 11m
tia cōstituēs aliquā spēm peccati: necesse est q̄ aggrauet.
Q̄z si absqȝ hac circūstātia nō erat peccatū: facit de ñ pec
cato peccatū. Si aūt erat pctm̄: iducit plures peccati de
formitates. Si aūt talis circūstātia sit penit⁹ ignorata ta
li ignorātia q̄ nō hēat culpā: spēȝ pcti nō cōstituet forma
liter loquēdo: sed mālr tñ. Sicut si aliquis accedit ad cō
iugatā quā nō credit cōiugatā: cōmittit quidē id qđ est
adulteriū: nō q̄si adulter: q̄ forma talis act⁹ est ex rōne ꝛ
volūtate. Qđ aūt ignoraṫ nō est voluntoriū. Unde si ac
cederet ad cōiugatā alteri⁹ quā putaret esse suā vxozem:
eēt absqȝ peccato: sicut cuȝ lya subinducta est Jacob loco
Rachelis. ¶ Ad 12m dōȝ: q̄ si circūstantia cōstituat spēm 12m
que se habeat ad peccatū pintellectuȝ vt species eius si
cut adulteriū ad fornicationē: nō sūt duo peccata: sȝ vnū:
sicut sortes nō est duo substātie: ppter hoc q̄ hō est ꝛ aīal
Sȝ si constituat spēm disparataȝ peccati: erit quidē vnū
pctm̄ ppter vnam subaȝ act⁹: sed multiplex ppter mul
tas ꝛ diuersas deformitates peccati: sicut pomū est vnū
quale ppter vnitatē subiecti: sed multipliciter quale pp
diuersitatē coloris ꝛ saporis. ¶ Ad 13m dōm: q̄ similitu 13m
do cōnis ad actionē moralē attēdiṫ q̄tū ad hoc. q̄ sic act⁹
sillogisticus terminaṫ ad cōclusionē: ita processus ratio
nis in moralibus terminatur ad opus. Non aūt est simi
tudo q̄tū ad oīa. Nā opationes morales sunt in singula
ribus in quibus diuerse circūstātie cōsideranṫ: cōnes aūt
in reb⁹ speculatiuis sunt per abstractionē a singularib⁹.
Et tñ ēt cōnes variaṫ circa aliquas circūstantias perti

nentes ad rationé sillogismi. Aliter eni se habent conclu
siones in mā necessaria: ⁊ in materia ꝯtingēti: ⁊ in diuer/
14m sis sciētijs est diuersus modus ꝯclusionū. ¶ Ad 14m di/
cendū ꝙ ēt actiões artis variātur ſm diuersas circūstan
tias ad rōné artis ptinētes. Aliter eni opaṫ artifex domū
ex cemēto: ⁊ alr ex luto. alr ēt in vna regiōe ꝙ̄ in alia. Sȝ
ꝯsiderādū est ꝙ aliq̄ circūstātie ptinēt ad rōné act9 mora
15m lis q̄ ñ ptinēt ad rōnē artis: ⁊ cȝ. ¶ Ad 15m dōȝ ꝙ cū disti
guiṫ malū ex circūstātia ꝯ malū ex gñe: dr malū ex circū/
16m stātia qō aggrauat gdē: sȝ ñ trāsfert ī aliō gen9. ¶ Ad 16m
dōm ꝙ magis ⁊ min9 qñq ꝯsequūtur diuersas formas: ⁊
tūc diuersificāt spēm. Sicut si dicam9 ꝙ rubeū ē magis
coloratū ꝙ̄ pallidū. Qñq vō ꝯsequūtur diuersaȝ partici
pationé vni9 ⁊ eiusdē forme: ⁊ tūc nō diuersificāt specieȝ.
Sicut si aliqd dicatur altero magis albū.

¶ Utrum aliqua circunstātia aggrauet peccatum que nō conferat peccato speciem.

SEptimo querit vtrū aliqua circūstātia aggrauet peccatū que nō cōfe
1m rat peccato spēm. ¶ Et videṫ ꝙ nō. pctm̄.n.
hȝ malitiam ex parte auersionis. Sed circū/
stantia se tȝ ex parte cōuersionis. Non ḡ circū
2m stantia aggrauat malitiā pcti. ¶ P̄. si circūstātia habeat
in se aliquā malitiā ꝯstituit spēȝ aliquā pcti. Si āt nō ha
bet in se aliquaȝ malitiā: nulla ratio est quare peccatum
per eam aggrauetur. Non ergo pōt esse aliqua circūstan/
3m tia aggrauans quin det spēm peccato. ¶ P̄. Diony9 dic.
ꝙ bonū est ex vna ⁊ tota cā: malū aūt ex singularib9 defe
ctibus. Sed ſm quālibet circūstantiam cōsideratur ali/
quis defectus singularis. ergo ſm quālibet circūstantiā
4m aggrauantem est aliqua species mali: ⁊ peccati. ¶ P̄. ōis
circūstantia aggrauās facit drīam in malitia: que ē quo/
dāmodo substantia peccati: inquātū est peccatum. Sȝ id
qō facit drīam in suba variat spēm. ergo omnis circūstā/
5m tia aggrauās variat spēȝ peccati. ¶ P̄. ex eisdē augemur
⁊ sum9: augemur.n. ex his ex quibus nutrimur: nutrimur
aūt ex his ex quibus sumus: vt dr 2o de generatione. Si
ergo augeṫ malitia peccati per aliquā circūstantiam ag/
grauantē: videṫ ꝙ per eādē habeat esse aliq̄ peccati spēs.
6m ¶ P̄. virtus ⁊ vitiū opponunṫ. Ōis aūt virt9 cōstituiṫ in
spē per circūstantias. Aggredi.n. terribilis ſm ꝙ oȝ: vbi
oȝ: ⁊ qñ oȝ: ⁊ silr circa alias circūstātias: fortitudis est. ḡ
7m ⁊ pctm̄ ſm quācūq circūstātiā spēȝ accipit. ¶ P̄. pecca/
tum hȝ spēȝ ex obiecto. Sed ſm quālibet circūstātiā ad
min9 aggrauātē variaṫ obm̄ in bonitate ⁊ malitia. ergo
8m omnis circūstantia aggrauās dat spēm peccato. ¶ P̄. de
similibus idem est iudiciū. Sed alique circūstātie spēm
semper dant peccato: sicut obm̄ qō dr qd: ⁊ finis qui signi
ficaṫ p hoc ꝙ dr cur: in versu p̄dicto. ḡ pari rōne oēs alie
circūstantie qñ aggrauant pctm̄ dant spēȝ peccato.

S Sed contra. multū furtū: est grauius ꝙ̄ parū fu/
rari: nō tn̄ est alia species peccati. ḡ
non ōis circūstātia aggrauās variat spēm peccati.

Rño Respondeo. Dōm ꝙ circumstantia tripliciter se
habet ad actum peccati. Qñq eniȝ
neq variat spēm: neq aggrauat: sicut percutere hominē
indutū veste alba vel rubea. qñq vero spēm peccati con/
stituit: siue actus cui aduenit circūstantia sit ex suo gene/
re indifferens: sicut cū aliquis leuat festucaȝ de terra in
contemptum alterius: siue sit bonus ex genere. sicut cuȝ
aliqs dat elemosynā ꝑpter laudē humanā: siue sit malus
ex gñe: ⁊ addaṫ sibi alia spēs malitie ex circūstātia: sicut
cum aliquis furaṫ rem sacrā. Aliqñ vō aggrauat quidem
peccatū: nō tn̄ ꝯstituit pcti spēȝ: sicut cū aliqs furaṫ multū.
Et hui9 diuersitatis ratio est: qȝ si circūstātia adueniens
actui indifferenter se habeat q̄ꝫtum ad rōnē: talis circū/
stantia nec dat spēm peccato nec aggrauat. Nihil eni ad
rōnem pertinet: vtruȝ ille qui percutitur tali vel tali ve/
ste induaṫ. Si vero drīam aliquam habeat per cōpara/
tionē ad rōnē: aut iportat aliquid repugnans rōni p̄mo ⁊
per se: ⁊ tūc dat peccato spēȝ: sicut accipere alienū: aut pri
mo ⁊ per se nō importat aliquid rōni repugnans: sed per
cōparationē ad id qō p̄mo ⁊ per se rōni repugnat aliquaȝ
repugnantiā hȝ ad rationē: sicut accipere aliqd ī magna
quātitate nihil repugnās rōni pōt dici. Sed accipe alie/
num in magna quātitate: dicit maiorē repugnantiaȝ ad
rationē. Unde ista circūstantia aggrauat peccatū: inquā/
tum est determinatiua illius circūstātie que dabat spēȝ
peccato. Quartū aūt mēbrū non pōt esse: vt circūstantia
det spēm peccato: ⁊ nō aggrauet: vt supra dictū est.

Ad primum ergo dōm: ꝙ iordinata conuersio ad cōmutabile bonū: est cā auer/ Ad 1m
sionis. Et ideo circūstātie que se tenēt ex parte ꝯuersiōis:
addere pñt ad malitiā que est ex parte auersiōis. ¶ Ad 2m
2m dōȝ: ꝙ circūstantia que aggrauat: ⁊ nō dat spēm pctō:
non continet ex se aliquā malitiā: sed est determinatiua
alterius circūstantie malitiā cōtinētis. ¶ Ad 3m dōm: ꝙ 3m
cuiuslȝ circūstātie defectus pōt cāre peccati spēm. Sed
nō semꝑ inueniṫ defectus in q̄libet circūstātia ſm se: sed
qñq in vna per cōparationē ad aliā. ¶ Ad 4m dōm: ꝙ 4m
circūstātia aggrauās nō semꝑ mutat spēm malitie: sȝ qñ/
q solā quātitatē. ¶ Ad 5m dōm: ꝙ sicut ea quibus nutri/ 5m
mur ⁊ augemur: nō semꝑ ꝯstituūt nouā subaȝ: sȝ qñq cō/
seruāt vel augent subaȝ p̄existem: ita nō oȝ ꝙ circūstan/
tie semꝑ nouā spēȝ peccati causent: sed quandoq augent
p̄existentē. ¶ Ad 6m dōm: ꝙ sicut virtus quodāmō hȝ 6m
spēm ex circūstātijs debitis: ita ⁊ pctm̄ ex defectu alicu/
ius debite circūstantie. Sed tn̄ nō quelibet circūstantia
facit defectū peccati: cū quedā sint īdifferentes: quedam
vero aliaꝝ determinatiue. ¶ Ad 7m dōm: ꝙ circūstātia 7m
aggrauās facit quidē aliq̄ variationē malitie circa obie
ctum: sed nō sꝑ spēi: sȝ qñq q̄ꝫtitatis tm̄. ¶ Ad 8m dōȝ: ꝙ 8m
in obiecto aliquo est multas ꝯditiōes inuenire. Et nihil ꝓ/
hibet id qō ꝯsideraṫ vt obm̄ ſm vnā ꝯditionē: ꝯsiderari
vt circūstātia ſm aliā: q̄ qñq dat spēm pctō: qñq nō. Si/
cut res aliena ē ꝓpriū obm̄ furti dans sibi spēȝ. pōt ēt res
aliena esse magne q̄ꝫtitatis: ⁊ hec circūstātia nō dat spēȝ:
sed aggrauat tm̄. pōt etiā res aliena esse sacra: ⁊ hec circū
stantia cōstituet nouam spēm peccati. pōt etiam res alie/
na esse alba vel nigra: ⁊ hec erit circūstātia ex parte obie
cti indifferēs: nec aggrauās nec spēm cōstituens. Similr
dōȝ est de fine: ꝙ finis ꝓxim9 ē idē qō obm̄. Et similr di/
cendū est de eo sicut ⁊ de obiecto. finis autem remotus
ponitur vt circunstantia.

¶ Utrum circūstantia aggrauet in infinitum.

OCtauo queritur vtrū circūstantia aggra uet in īfinitū: ita.s. ꝙ de veniali
faciat mortale. ¶ Et vr ꝙ sic. Adam.n. in sta/ 1m
tu inocētie venialr peccare nō potuit. ḡ oē pec
catum fuisset sibi mortale. Sed postea nō oē
pctm̄ fuit sibi mortale. Nec est hec diuersitas nisi ſm cir
cūstantiam ꝑsone. ḡ circūstātia aggrauat in infi\m. ¶ P̄. 2m
mai9 est de nō pctō facere pctm̄: q̄ꝫ de veniali facere mor
tale. Sȝ circūstātia facit de nō peccato peccatū. negocia/
ri eni ſm se nō ē pctm̄: sȝ tn̄ clerico pctm̄ ē ꝑꝑ circūstātiā
ꝑsone. ergo multo magis circūstātia de veniali facit mor
tale. ¶ P̄. semel inebriari est pctm̄ veniale. Dicit aūt ꝙ 3m
multotiens inebriari ē pctm̄ mortale. ḡ ista circūstantia:
quotiēs facit de veniali mortale. ¶ P̄. pctm̄ qō ex certa 4m
malitia fit: dr eē irremissibile: ⁊ nō veniale. ḡ circūstātia

5m aggrauat in infinitū. ¶ P̄. Diero⁹ dicit q̄ nuge in ore
layci nuge sunt: in ore aūt sacerdotis blasphemie. Blas-
phemia āt ē ex suo genere peccatū mortale. ergo circūstā
tia persone facit de veniali mortale.

5 Sed cōtra. circūstantia cōparatur ad peccatū: sicut accidens ad subm̄. Sed in subie-
cto finito nō pōt esse accidens infinitū. ergo circūstātia
non potest dare peccato grauitatem infinitam: que est
grauitas peccati mortalis.

R° Respondeo. dicendū q̄ sicut dictum ē: circūstātia aggrauans qnq3 cōstituit nouā
speciē peccati: qnq3 aūt non. Manifestū est aūt q̄ pecca-
tū mortale ⁊ veniale nō sunt eiusdē speciei. Sicut enim
aliqui actus ex suo genere sunt boni: ⁊ aliq ex suo gñe sūt
mali: ita aliq̄ peccata ex suo genere sunt venialia ⁊ aliq̄
ex suo gñe mortalia. Circūstantia ergo que sic aggrauat
vt nouam spēm peccati constituat: potest cōstituere spēz
peccati mortalis: ⁊ ita aggrauat in infinitū. puta si aliqs
loquat̄ verbū iocosum: vt prouocet ad libidinem: vel ad
odium. Si aūt sic aggrauet q̄ non cōstituat nouā pecca-
ti speciem: non pōt aggrauare in infinitū faciendo de ve-
niale mortale: q2 semp maior est grauitas que est ex pec-
cati spē: q̄3 q̄ est ex circūstātia spēm nō ɔstituēte.

Ad pm Ad primum ḡ dōz: q̄ non ea ratione dicitur q̄ Adam venialr̄ peccare nō potuerit
q2 ea que nobis sunt venialia ei essent mortalia: sed quia
ea que nobis sunt venialia cōmittere non potuit antq̄3
mortalr̄ peccaret. Nisi.n. auerteret̄ a deo p̄ peccatū mor-
tale: nullus defectus in eo esse poterat: nec anime nec cor-
2m poris. ¶ Ad 2m dōm: q̄ circūstantia que facit de non pec
cato peccatum: constituit peccati speciem. Et talis circū-
3m stantia pōt etiā de veniali facere mortale. ¶ Ad 3m dōz:
q̄ multotiens inebriari non est circūstantia constituens
speciem peccati. Et ideo sicut semel inebriari est pecca-
tum veniale: ita ⁊ multotiens inebriari per se loquēdo:
per accidens aūt ⁊ dispositiue multotiens inebriari pōt
esse peccatū mortale: puta si ex consuetudine in tātaz cō-
placentiam ebrietatis p̄duceret̄: q̄ etiam diuino prece-
4m pto contempto inebriari proponeret. ¶ Ad 4m dōm: q̄
peccare ex certa malitia est peccare ex electione. i. volun
tarium ⁊ scientē. Et hoc contingit duplr̄. Uno mō per h
q̄ aliquis repellit a se ea quibus a peccato retrahi posset:
puta spez venie: vel timorē diuine iustitie. Et talis circū-
stantia constituit spēz peccati in spiritū sanctum qđ dici
tur irremissibile. Alio modo potest cōtingere ex sola ha-
bitus inclinatione. Et talis circūstātia non cōstituit spēz:
nec facit de veniali mortale. Non.n. quicūq3 volūtarius
5m ⁊ sciens dicit verbū ociosum mortalr̄ peccat. ¶ Ad 5m di
cendū: q̄ circūstantia persone: ⁊si aggrauet: non tñ facit
ex veniali mortale: nisi ɔstituat spēz peccati. puta si sacer
dos aliquid faciat cōtra preceptū sibi datū a sacerdoti
bus vel contra votū. verbū aūt Diero. intelligitur per
exagerationē dictum: vel per occasionez. Q2 nuge in ore
sacerdotis pñt esse alijs occasio blasphemandi.

¶ Utrum omnia peccata sint paria.

pm Nono querit̄ vtrū oia peccata sint paria. ¶ Et videt̄ q̄ sic. Dicit̄ enī3 Jac.
2°. Quicūq3 totā legem seruauerit offendat āt
in vno: fact⁹ ē oiū3 re⁹. Et iō Diero⁹ dicit sup
eccl'. exponēs illud. Qui i vno offēderit multa
bona p̄dit: q̄ q̄ subiacet vni vicio oib⁹ subiacet. S3 ex̄ oē
nihil est. ergo nullus pōt magis peccare q̄3 ille qui pecca-
2m to vno se subdit. Et sic omnia peccata sunt paria. ¶ P̄.
peccatū est mors anime. Sed in corpore vna mors nō ē
maior q̄3 alia; q2 omnis mortuus equalr̄ mortu⁹ est. ergo
nec vnū peccatū est maius altero. ¶ P̄. pena r̄ndet cul- 3m
pe. Sed oiū3 peccatoꝝ erit vna pena in īferno: s̄m illud
Jsai. 24°. Cōgregabunt̄ cōgregatione vnius fascis: ⁊ clau
dentur in carcere. ergo ⁊ oiū3 peccatoꝝ ē eadē grauitas.
¶ P̄. peccare nihil est aliud q̄3 trāsgredi rectitudinē ra- 4m
tionis vel legis diue. Sed si interdicat̄ alicui ab aliquo
iudice ne certū limitē trāsgrediat̄: nō refert q̄tū ad trās-
gressionē vtꝝ in multum vel parū limitē positū transeat.
ḡ nihil differt q̄tū ad trāsgressionē pcti q̄cq̄d hō faciat:
dūmō rectitudinē rōnis ⁊ legis diue n̄ seruet. ¶ P̄. infi- 5m
nitum nō est maius infinito. Sed qđl3 peccatū mortale
est infinitum: q2 est cōtra bonū infinitū: qđ est deus: vñ ⁊
penam infinitā meret̄. ergo vnū peccatū mortale non est
maius alio. ¶ P̄. malū dicit̄ per p̄uationē boni. Sed oē 6m
pctm̄ mortale p̄uat equalr̄ gratiā: nihil de ea dimittēs. er
go omnia peccata mortalia sunt equalia. ¶ P̄. s̄m ph̄m 7m
in 2°. meta. si aliqđ dicit̄ magis ⁊ min⁹: hoc ē per cōpara-
tionē ad id qđ est simplr̄. Sicut aliqđ dr̄ magis ⁊ minus
albū. per cōparationē ad id qđ est simplr̄ albū. S3 nihil
est simplr̄ malū qđ careat omni bono. ergo nō est aliquid
altero magis vel minus malū. Et sic omnia peccata sunt
paria. ¶ P̄. peccata v̄tutibus opponunt̄. Sed virtutes 8m
oēs sunt eq̄les. vñ dicit̄ Apoc. 21°. q̄ latera sūt equalia. ḡ
⁊ oia peccata sunt paria. ¶ P̄. si vnū peccatū est grauius 9m
altero: seq̄ret̄ q̄ pctm̄ qđ in maiori re cōmittit̄: ē grauī⁹
q̄3 pctm̄ qđ cōmittit̄ in miori. Sic̄ si dicat̄ q̄ furari mul-
tum: est grauius pctm̄ q̄3 furari parū. Sed hoc nō est ve-
rum: q2 sequeret̄ q̄ ille qui minorē iniquitatē cōmittit:
cōmitteret etiā maiorē. Dicit̄.n. Luce. 16°. Qui in modico
iniqu⁹ est: ⁊ i maiori iniqu⁹ ē. Nō ḡ vnū pctm̄ ē graui⁹. al 10m
tero. ¶ P̄. pctm̄ ɔsistit in auersiōe ab īcōmutabili bono:
⁊ ɔuersiōe ad cōmutabile bonū. Sed hō cōuersio ⁊ auer
sio non recipit magis ⁊ min⁹. Q2 anima cū sit simplex: ad
qđ cōuertit tota cōuertit̄: ⁊ a quo auertit̄ tota auertit̄. ḡ
vnū peccatū nō est grauius altero. ¶ P̄. Aug. dicit in li. 11m
de tri. q̄ magnitudinē humāi peccati ondit magnitudo
remedij: q2 oportuit illud morte Christi dleri. ergo si idē
remediū est contra omnia peccata: oia peccata sunt equa
liter magna. ¶ P̄. sicut dicit Diony⁹. 4. c. de di. no. Bom 12m
est ex vna ⁊ tota cā: Malū aūt ex singularibus defectib⁹:
q̄libet aūt defectus tollit integritatē. ergo quil3 defect⁹
tollit totam boni rōnem. Non ergo vnū peccatū est gra-
ui⁹ altero. ¶ P̄. virtus est simplex: cū sit forma quedam. 13m
ergo si tollitur: tota tollitur. Sed ex hoc est peccatū ma-
lum: q2 tollit virtutē. ergo oia peccata sunt equaliter ma-
la: q2 vnūq̄q3 equaliter tollit virtutem. ¶ Preterea ab 14m
eodē aliqđ h3 q̄ sit tale: ⁊ q̄ sit magis tale. Si ḡ albū est
disgregatiuū visus: magis albū est magis disgregatiuū.
Sed act⁹ h3 rōnem peccati ex auersione a deo. Cū ḡ oia
peccata ɔueniāt in auersiōe a deo: oia peccata erūt equa-
lia. ¶ P̄. quāto maior est q̄ offendit̄: tanto peccatū est 15m
grauius: sicut grauius peccat q̄ p̄cutit regē q̄3 q̄ percutit
militē. Sed in omni peccato vn⁹ ⁊ idem est qui contem-
nitur. s. deus. ergo oia peccata sunt equalia. ¶ P̄. genus 16m
equaliter participat̄ a suis spēbus. Sed pctm̄ est genus
oium peccatoꝝ. ergo omnia peccata sunt equalia: ⁊ equa
liter peccat quicūq3 peccat. ¶ P̄. malū dicitur per pri- 17m
uationē boni. Quātitas aūt p̄uationis cognosci pōt ex eo
q̄ post p̄uationē relinquit̄. Jdē aūt est quod relinquit̄ in
bono post qđl3 peccatū. Relinquit̄ enim ipsa natura aie
⁊ libertas arbitrij: per quā homo potest eligere bonum ⁊
malum. ergo vnū peccatū non est magis malū q̄3 aliud:
¶ P̄. circūstātie se hñt ad virtutē sicut substātiales diffe- 18m
rentie. Sed si vna subālis dr̄ia tollat̄: oēs tollunt̄: q2 cor-
rumpitur subm̄. Cum ergo qđl3 peccatū aliquā circūstā-

tiā virtutis tollat:q̄ōlibet peccatū tollet omnes:ꝛ ita vnū
peccatum non erit grauius alio.
3 p. 2. **Sed contra** est qd̄ dicit̄ Jo.19. Propterea q̄ tra-
didit me tibi maiꝰ pctm̄ hꝫ. ¶ P.
fm̄ Aug. libido est cā peccati. Sꝫ nō ols libido est eq̄lis.
ergo nec omnia peccata sunt paria.
R.ño **Respondeo.** dōm ꝙ opinio stoycoꝝ fuit oia pec-
cata esse paria. Ex quo deriuata est
quorūdā modernoꝝ hereticoꝝ opinio dicētiū nullā ieq̄-
litatē eē nec iter pctā nec iter merita:ꝛ silr nec iter p̄mia:
nec iter supplicia. Fuerūt aūt stoyci moti ad h̄ ponendū:
q̄ꝛ ꝯsiderabāt ꝙ aliq̄d ex hoc hꝫ rationē peccati solūmō:
q̄ꝛ est p̄ter rectitudinē rōnis:sicut pꝫ ꝙ adulteriū est pec-
catū:nō q̄ꝛ cōmisceri mulieri sit fm̄ se malū:sꝫ q̄ꝛ p̄ter re-
ctitudinē rōnis fit:ꝛ idē pꝫ in alijs. Idē aūt est si dicat̄
p̄ter legē diuinā q̄tū ad ppositū ptinet: vtrūq̄ꝫ.n. p̄uatio-
nē quādā iportat:p̄uatio aūt nō videt̄ suscipere magis ꝛ
minus. Vñ si aliq̄d sit malū p p̄uationē alicuiꝰ:nō videt̄
differre q̄litercūq̄ꝫ se habeat:dūmodo p̄uet̄:sicut si iudex
alicui certū limitē statuat:si illū p̄terierit nō refert vtrū
multū vel paꝝ. Et silr dicebāt ꝙ nō refert dūmodo aliq̄s
peccādo rectitudinē rōnis p̄tereat:q̄litercūq̄ꝫ vel ex q̄cūq̄ꝫ
cā hoc faciat:ac si peccare nihil eēt aliud q̄ꝫ q̄sdā positas
lineas trāsire. Tota ḡ rō huiꝰ rōnis soluēde hinc sumēda
est:vt ꝯsideremꝰ q̄liter in his q̄ per p̄uationē dicunt̄:pos-
sit vel nō possit magis vel minus iueniri. Est ḡ ꝯsiderādū
ꝙ est duplex p̄uatio. Quedā q̄ est p̄uatio pura:sicut tene-
bra q̄ nihil lucis relinq̄t:ꝛ mors que nō relinquit aliquid
vite. Quedā vero p̄uatio est nō pura:sed aliq̄d relinquēs.
vnde nō solū est priuatio:sed etiā cōtrariū:sicut egritu-
do que non tollit totā cōmēsurationē sanitatis:sed aliq̄d
eius:ꝛ simile est de turpi:ꝛ dissimili:ꝛ inequali:ꝛ falso:ꝛ
omnibus similibus. ¶ Et vident̄ hꝫ p̄uationes a premis-
sis differre in hoc:ꝙ prime p̄uationes sunt quasi in corru-
pto esse. Secūde vero significāt. q̄si in via corruptionis.
Quia ergo in primis p̄uationibꝰ totū p̄uat̄:ꝛ qd̄ positiue
dr̄ nō ē de rōe p̄uationis:nō differt in talibus p̄uationibꝰ
quacūq̄ꝫ ex cā vel quocūq̄ꝫ modo aliquis priuet̄:vt pp̄ter
hoc dicat̄ magis vel minus p̄uatus. Non.n. mortuꝰ ē mi-
nus qui vno vulnere percussus interijt:q̄ꝫ qui duobꝰ vel
tribus. Nec minus est tenebrosa domus si cādela velet̄
vno velamine:q̄ꝫ si duobus vel tribus. In secūdis autē
priuationibus non totū priuat̄:ꝛ qd̄ positiue dicit̄ est de
rōne eius qd̄ dr̄ priuatiue. Et ideo talia recipiūt magis ꝛ
minꝰ fm̄ diam eius qd̄ dr̄ positiue. Sicut egritudo dici-
tur maior:si fuerit cā tollēs sanitatē aut maior aut mul-
tiplicior:ꝛ idē ē in turpitudīe:ꝛ in dissimilitudīe:ꝛ in hꝫ.
Sit ergo cōsideranda in peccatis quedā dr̄ia. Nā pecca-
ta omissionis per se loquēdo cōsistūt in sola p̄uatione pre-
cepti:qd̄ omittitur:vt supra dictum est. Vñ in pctō omis-
sionis conditio actus adiuncti:q̄ꝛ per accidēs se hꝫ:nō fac̄
pctm̄ omissionis per se loquēdo magis vel minus. Sicut
si alicui precipiat̄ vt vadat ad ecclīam:nō attēdit̄ in pec-
cato omissiōis vtrū sit prope ecclīaꝫ vel longe:dūmodo
ad ecclesiā nō vadat:nisi forte per accidens:inq̄tū dr̄ia
illius adiuncti ptineret ad minorē vel maiorē cōtemptū
Nec tñ pp̄ter hoc oia peccata omissionis sunt paria:quia
p̄cepta disparia sunt:vel pp̄ter diuersam auctoritatē pre-
cipiētis:vel pp̄ter diuersaꝫ dignitatē aut necessitatē pre-
ceptoꝝ. Peccatū vero transgressiōis cōsistit in deformi-
tate alicꝰ actus:que q̄dē deformitas non tollit totum or-
dinē rōnis:sꝫ aliq̄d eius:puta si aliquid comedat q̄ñ nō
debet:remanet ꝙ comedat vbi debet:vel pp̄ter qd̄ debꝫ.
Nec potest actu remanente totalr̄ rōnis pportio tolli.
Unde dicit ph̄s in 4. ethicoꝝ:ꝙ si malū sit integrū im-
portabile fit:ꝛ seipsū destruit. Sicut ergo non ois defor-
mitas corporis est equalis:sed quedā est alia maior:sꝫ ꝙ
priuant̄ plura ad decorē ptinētia:vel aliquid p̄ncipalius:
ita non ois deformitas vel inordinatio actꝰ est equalis:sꝫ
quedā ē alia maior. Vñ nec oia peccata sunt paria.
Ad primum ergo dōm ꝙ verbū Jac. non est sic Ad p.m
intelligendū ꝙ ille qui in vno pre-
cepto legis offendit:tm̄ reatū incurrat:quātū si oia trans-
grederet̄:sed q̄ꝛ quodāmō reatū incurrit pro cōtemptu
oium p̄ceptoꝝ:non in oibus:sed in vno. Qui.n. vnū pre-
ceptū cōtēnit:intātū oia precepta ꝯtēnit inquātum con-
tēnit deum ex quo omnia precepta auctoritatē habent:
vnde statim subdit. Qui.n. dixit:nō occides:dixit:nō me-
chaberis. Et silr intelligendū est verbū Diero. ¶ Ad 2m 2m
dōm:ꝙ mors anime est p̄uatio gratie. per quā anima deo
vniebat̄:priuatio autē grē nō est essentialr̄ ipsa culpa:sed
effectus culpe ꝛ pena:vt supra dictum est in q̄ōne de ma-
lo. Vñ peccatū dicit̄ mors anime nō eēntialiter:sꝫ effe-
ctiue:eēntialr̄ vero pctm̄ est actus deformis vel inordi-
natus. ¶ Ad 3m dōꝫ:ꝙ in supplicio dānatoꝝ est aliq̄d cō- 3m
mune oibꝰ qd̄ respondet cōtēptui dei:puta carētia visio-
nis diuine:ꝛ ppetuitas pene. Et q̄tū ad hoc dicunt̄ con-
gregari congregatione vnius fascis. Est etiam aliquid in
quo differūt:fm̄ ꝙ quidā magis torquet̄ q̄ꝫ alij:ꝛ quā-
tum ad hoc Math.13. dicunt̄ colligari:sicut zizanioꝝ
fasciculi ad cōburendū. ¶ Ad 4m dōm:ꝙ ille qui trāsit 4m
lineam prestitutā sibi pro limite a iudice:non peccat nisi
q̄ꝛ non tꝫ se infra terminū sibi prestitutū. ꝛ sic directe pec-
catū eius est pctm̄ omissionis. Si aūt p̄ciperet̄ ei directe
ꝙ nō ambularet:manifestū est ꝙ q̄to plus ambulando
procederet tāto grauius puniret̄. Vel aliter dōm ꝙ i his
que nō sunt mala nisi q̄ꝛ p̄hibita:qui p̄ceptū nō seruat to-
talr̄ p̄uat id ad qd̄ tenet̄. Sed in his que sunt mala per se
ꝛ non solū:q̄ꝛ p̄hibita:nō totalr̄ tollit̄ bonū cui opponit̄
malum. Et ideo tanto grauiꝰ peccat̄:quāto plus de eo tol-
litur ¶ Ad 5m dōm:ꝙ a bono infinito aliquis auertitur 5m
actu finito:ꝛ iō pctm̄ eēntialr̄ finitū est:lꝫ habeat aliquā
habitudinē ad bonū infinitū. ¶ Ad 6m dōm:ꝙ peccatū 6m
eēntialr̄ nō est priuatio gratie. sed causalr̄:vt dictum est.
¶ Ad 7m dōm:ꝙ in p̄uatiuis nō dr̄ aliq̄d magis vel mi- 7m
nus per accessū ad terminū:sed magis per recessū. Vñ
ꝛ ibidē ph̄s p̄bat p h̄ ꝙ ē aliq̄d magis vel minꝰ falsū:ꝙ
ex legitimo matrimonio.Sequeretur ergo q illi qui ex
fornicatione nascunt̄ maius pctm̄ 3hāt nascendo: qd pz
9m esse falsum:quia nō debetur eis maior pena.ℭ P̄.si pec-
catum originale 3hitur per carnis originē:hoc nō est nisi
inq̄tū caro est corrupta. Aut ergo illa corruptio est mo-
ralis:aut nālis:sed moralis esse non pōt: qr corruptionis
moralis subiectū nō est caro:sed aīa. Similiter aūt nec
nālis:qr sequeret̄ q inficeret aīaz naturali actione.i.per
qualitates actiuas ₹ passiuas:qd patet esse falsum. Nul-
10m lo ergo modo peccatū contrahitur per carnis originem.
ℭ P̄.defectus qui cōsecutus est ex pctō primi parentis
est carētia originalis iustitie:vt Ansel.dicit.Et sic cū ori
ginalis iustitia sit quiddā spūale:sequit̄ q defectus pre-
dictus sit etiā spūalis.Corruptio aūt carnis est quiddaz
corporale.Spiritualia aūt ₹ corporalia sunt diuersorūz
generū:₹ sic spūale nō pōt causare effectū corporalē. Nō
ergo ex pctō p̄mi parētis potuit causari corruptio in car-
ne nostra:ex qua in nobis peccatū per originē trāsfūde-
11m retur.ℭ P̄.sm Augu9.peccatū originale est carētia ori-
ginalis iustitie.Aut ergo originalis iustitia conueniebat
anime primi hominis naturaliter ex sua creatione: aut
fuit donū supadditū ex diuina liberalitate.Si autē fuit
anime nālis nunq̄ eaz amisisset peccando:quia vt Dio-
nysius dicit.4.c.de di.no.data nālia etiam in demonib9
pmāserūt.Et sic etiam oēs hoīes originalē iustitiā habe
rent.Quia qd est naturale vni anime est oībus animab9
naturale.Et ita nullus nasceretur cū peccato originali.i.
cum carentia originalis iustitie.Si autē fuit iustitia illa
donum superadditū ex liberalitate diuina.Aut ergo de-
us anime hominis nascētis illud donum dat:aut nō.Si
dat:nō nascitur homo cū carētia originalis iustitie: neq3
potest anima eius per carnē infici.Si autē nō dat̄ a deo
hoc nō videtur ei esse imputādū: sed deo:qui nō dedit.
nullo ergo modo homo per originem peccatū cōtrahere
pōt.ℭ P̄.aīa rōnalis nō superuenit alicui forme p̄existē- 12m
ti:qr nō adueniret materie tanq̄ forma subālis:sz tanq̄
mā accidentalis:que aduenit subiecto iā existi in actu.
Oportet ergo q adueniēte anima rationali deficiāt oēs
forme preexistētes:₹ per 3sequēs oīa accidētia.Cessat er-
go ₹ ipsa corruptio seminis si qua inerat a generāte. Nō
ergo aīa adueniens per carnē inquinari potest.ℭ P̄.mo- 13m
tus sequitur nām predominātis in corporibus mixtis:
₹ per 3sequēs oēs pprietates 3sequunt̄ illud qd predo-
minatur in cōposito:sed aīa predominatur corpori in ho
mine:qui ex vtroq3 cōponit̄.Anima autē ex sua origine
habet puritatem:sz ergo caro ex sua origine aliquā ipuri
tatem cōtrahat.videtur tn̄ q homo nascens nō debeat
dici infectus peccato:sed purus. ℭ P̄. peccatum est cui 14m
aliqua pena debet̄.Sed peccato qd per originē cōtrahi-
tur nō debetur aliqua pena. Nam carētia visionis diui-
ne que cōmuniter assignatur ei pro pena:nō videtur esse
aliqua pena:quia si homo moreret̄ absq3 omni peccato:
₹ gratiam nō haberet nō posset peruenire ad visionē di
uinā:in qua cōsistit vita eterna sm illud Jo.17. Hec est
vita eterna:vt cognoscāt te solū verū deuz. Et aplūs dicit
Ro.6.Gratia dei vita eterna. Nō ergo est aliqd peccatū
quod per originē 3hatur.ℭ P̄.sicut causa p̄ma est nobi 15m
lior q̄ scda:ita causa scda est nobilior q̄ effectus: Sed si
pctm̄ traducit̄ a p̄mo parēte corruptio cōsecuta est i car-
ne per animā primi hominis peccātis:₹ ex carne pducit̄
ad animam hominis qui nascitur ex Adaz.Et sic anima
primi hominis est sicut causa prima:caro autez sicut cau
sa secunda:₹ anima hominis generati sicut effectus vlti
mus.Sic ergo anima primi hominis erit nobilior: ₹ ca-
ro nobilior q̄ anima hominis generati: quod est incon-
ueniens.non ergo peccatum potest traduci per originez.
ℭ Preterea nihil agit nisi inq̄tum est actu:sed in semine 16m
non est actu peccatum. Non ergo per semen decisum ani
ma infici potest aliquo peccato.ℭ Preterea non potest 17m
esse idem causa infectionis peccati ₹ meriti. Sed actus
generationis aliquādo potest esse meritorius.puta cum
aliquis in gratia existens ad vxorem accedit causa gene
rande prolis vel debiti reddendi. non ergo ex hoc pote
rit causari ifectio peccati in prole.ℭ Preterea causa pti 18m
cularis non inducit effectum vniuersalem:sed peccatuz
Ade fuit quoddam particulare. Non ergo potuit infice-
re totam humanam naturam aliquo peccato. ℭ Prete- 19m
rea dominus dicit Eze.8.Omnes anime mee sunt. Fili-
us non portabit iniquitatem patris.portaret autem si p
peccato p̄mi hoīs hi qui ab eo nascunt̄ dānarentur. Nō
ergo pctm̄ in posteros Ade traducitur pp̄ter eius pctm̄.

Sed cōtra est quod dicitur Ro.5.per vnum ho-
minem peccatum in hunc mundū in- 3p̄°
trauit:sed non per imitationē:quia sic per diabolum pec
catum in mūdum intrauit. sm illud sap.i. Inuidia dia-
boli mors introiuit in orbem terrarū. Imitantur autem
illum qui sunt ex parte eius.ergo per originem vitiatam
peccatum a primo homine in posteros deriuat̄.ℭ Pre- 2°
terea Augustinus dicit.14.de ciui.dei.q primus homo
spōte depauatus genuit filios depauatos:sed depaua
tio nō fit nisi per peccatuz.ergo filij Adaz ex sua origine
peccatum contrahunt.

Respondeo. dicēdum:q Pelagiani negauerūt
aliqd peccatū per originē posse tra- R̄sio
duci:sz h̄ ex magna pte excludit necitatē redēptōis fcē
per xp̄m:que maxime videt̄ neccīa fuisse ad abolēdū ife-

ctionē pcti que a pmo parēte in totā eius posteritatē deriuata est: dicente aplo ad Ro.5. q sicut p vnius delictū pcessuz est in oēs hoīes in cōdēnationē: sic ꝛ p vnius iustitiā in oēs hoīes in iustificationē vite. Excludit̄ ēt necessitas pueros baptizādi: qd tn̄ cōis eccl'ie cōsuetudo hʒ ab aplis deriuata: vt Diony⁹ dicit in ecclīastica hierar. Et iō simplr dōm est: q pctm̄ traducit̄ p originē a p parē te in posteros. ¶ Ad cuius euidētiā cōsiderādū est q aliquis hō singularis dupl'r pōt ɔsiderari. vno mō sʒ q est quedā psona singularis. Alio mō sm q est pars alicuius collegij: ꝛ vtroqʒ mō ad eū pōt aliqs actus ptinere. ptinet enī ad eū inq̄tū ē singularis psona ille act⁹ quē pprio arbitrio ꝛ per seipsuz facit. Sed inq̄tū est pars collegij: pōt ad eū ptinere actus aliqs quē per seipsuz nō facit nec pprio arbitrio: sed qui fit a toto collegio: vel a pluribus de collegio: vel a pncipe collegij: sicut illud qd pnceps ciuitatis facit: dicit̄ ciuitas facere: vt ph's dicit. hō enī collegiū hoīuz reputat̄ q̄si vnus homo: ita q diuersi hoīes in diuersis officijs ɔstituti: sunt q̄si diuersa mēbra vnius corpis nālis: vt Apl's inducit de mēbris eccl'ie. i. ad cor. 12. Sic ergo tota multitudo hoīum a p parēte humanā nām accipiētiū: q̄si vnū collegiū: vel potius sicut vnū corpus vni⁹ hoīs ɔsiderāda est. In qua quidē multitudine vnusqsqʒ hō etiā ipse adā pōt ɔsiderari: vel q̄si singularis psona: vel q̄si aliqd mēbrū hui⁹ mltitudinis que p naturalē originē deriuat̄ ab vno. Est aūt ɔsiderandū q pmo hoī in sua institutiōe datū fuerat diuinit⁹ qddam supnāle donū. s. originalis iustitia: per quā rō subdebat̄ deo: ꝛ inferiores vires rōni: ꝛ corpus aīe: hoc autē donū nō fuerat datū pmo hoī vt singulari psone tm̄: sed vt cuidā pncipio totius humane nāe: vt. s. ab eo per originem deriuaret̄ in posteros. hoc aūt donū acceptū pmus hō per liberū arbitriū peccās amisit eo tenore quo sibi datum fuerat. s. pro se ꝛ pro tota sua posteritate. Defect⁹ ergo huius doni totā eius posteritatē ɔsequit̄. Et sic iste defectus eo mō traducit̄ in posteros quo mō traducit̄ humana nā: que q̄dē traducit̄ nō quidē sm se totā: sed sm aliquā sui partē. s. sm carnē. cui deus aīam īfundit. Et sic sicut aīa diuinitus infusa ptinet ad naturaʒ humanā ab adā deriuatā ppter carnē cui cōiungit̄: ita ꝛ defect⁹ pdictus ptinet ad aīam ppter carnē que ab adā ppagat̄ non solū sm copulētā subam: sed etiā sm seminalē rōnem. i. nō solū materialiter: sed sicut ab actiuo pncipio. Sic enī filius accipit a pr̄e nām humanā. Si g̃ ɔsideret̄ iste defectus hoc mō per originē in istū hoīeʒ deriuat⁹: sʒ illud qd iste hō est quedā psona singularis: sic hō defect⁹ non pōt habere rōnē culpe: ad cui⁹ rōnē reqrit̄ q sit volūtaria. Sed si ɔsideret̄ iste hō gnātus sicut qddā mēbrū totius humane nāe a pmo parente ppagate: ac si oēs hoīes essent vnus hō: sic hʒ rōnem culpe ppter volūtariū eius pncipiū: qd est actuale pctm̄ pmi parētis: sicut si dicam⁹ q motus manus ad homicidiū ppetrādū sm q manus p se ɔsiderat̄ nō hʒ rōnē culpe: q2 man⁹ de nec̄itate mouetur ab alio. Si aūt ɔsideret̄ vt est pars toti⁹ hoīs qui voluntate agit: sic hʒ rōnē culpe: q2 sic est volūtari⁹. Sicut ergo homicidiū nō dicit̄ culpa manus: sed culpa toti⁹ hominis: ita hō defect⁹ nō dicit̄ eē pctm̄ psonale: sed pctm̄ toti⁹ nāe. Nec ad psonā ptiet nisi inq̄tū nā īficit psonā. Et sicut ad vnū pctm̄ faciēdū diuerse ptes hoīs adhibētur. s. volūtas: rō: manus ꝛ oculus: ꝛ hmōi: ꝛ tn̄ est vnū soluz pctm̄ ppter vnitatē pncipij. s. volūtatis a q̃ pcti rō ad oēs actus partiū deriuat̄: ita ꝛ rōne pncipij in tota nā humana ɔsiderat̄ q̄si vnū pctm̄ originale ppter qd Apl's dicit ro. 5. In quo oēs peccauerūt. Qd sm Aug⁹ pōt intelligi in quo. s. pmo hoīe: vel in quo pctō pmi hoīs: vt peccatuz

primi hominis sit quasi cōmune peccatum omnium.
Ad primum ergo dōm. q pctm̄ qd per origineʒ cōtrahit̄ dicit̄ voluntariū ratione Ad pm
sui pncipij. s. volūtatis pmi parētis: vt dictū est. ¶ Ad 2m 2m
dōʒ: q istud peccatū ɔsequit̄ totā naturā humanā. vnde
subiectū huius pcti est aīa: sm q est pars humane natu-
re. Et ideo sicut humana natura traducit̄: lʒ aīa nō tradu
catur: ita etiā peccatū originale traducit̄: lʒ aīa nō tradu-
catur. ¶ Ad 3m dōm: q caro nō est sufficiēs causa pecca- 3m
ti actualis: sed peccati originalis est sufficiēs causa: sicut
ꝛ traductio carnis est sufficiēs causa: nāliter tn̄: humane
nature. ¶ Ad 4m dōm: q ei qd est per originē ɔctū: non 4m
debet̄ pena ꝛ increpatio si referat̄ ad psonā: q2 sic nō ha-
bet rōnem volūtarij: sed si referat̄ ad naturā: sic hʒ rōnē
volūtarij vt dictū est: ꝛ hoc mō debet̄ ei increpatio ꝛ pe-
na. ¶ Ad 5m dōm: q defectus per originē ɔctus hʒ qdeʒ 5m
rōnē existētie ab alio si referat̄ ad psonā: nō aūt si refera
tur ad naturā. Sic enī est q̄si a pncipio intrinseco. ¶ Ad 6m
6m dōm: q caro nostra in sui natura bona est: sed sm q
est puata originali iustitia ppter pctm̄ pmi parentis: sic
causat originale peccatū. ¶ Ad 7m dōm: q sicut dictum 7m
est pctm̄ originale per se loquēdo est pctm̄ nāe: nō psone:
nisi rōne nature infecte. Actus autē generationis pprie
deseruit nature. q2 ordinat̄ ad cōseruationeʒ speciei: sed
carnē iam esse anime vnitā pertinet ad ɔstitutionē perso
ne. Et iō caro magis causat originale pctm̄ put cōsidera
tur in vis generationis: q̄ȝ put est iaʒ vnita. ¶ Ad 8m di 8m
cēdū: q in illis qui nascunt̄ ex fornicatione est quidē ori
go dupliciter viciata: vitio. s. nāe: qd traducit̄ ex adā: ꝛ vi
tio psone. i. patris generātis: ex q̃ vitio nulla īfectio in p-
le relinquit̄. Quilibet enī generās traducit pctm̄ origina-
le inq̄tū generat vt adā: nō inq̄tū generat vt petrus vel
martinus. i. per id qd hʒ ab adā: nō per id qd est ppriū si-
bi. ¶ Ad 9m dōm: q corruptio que est in carne est qdam 9m
actus nālis: sed in tētione ꝛ virtute moralis. Ex peccato
enī pmi parētis destituta est caro eius illa virtute: vt ex
ea possit decidi semē p qd originalis iustitia in alios ppa
getur. Et sic in semine defect⁹ hui⁹ virtutis est defectus
moralis corruptionis: ꝛ quedā intētio eius: sicut dicim⁹
intētionem caloris esse in aere: ꝛ intentionem anime eē
in semine. Et ex hoc etiam est ibi virtus ad similem impfectionem: sicut est ibi virtus ad productioneʒ humane
nature in prole generata. ¶ Ad 10m dicendū: q nihil p- 10m
hibet a causa spūali causari effectū corporalē. Nā ꝛ Boe
tius dicit in lib. de trini. q forme que sunt in materia ve-
nerūt a formis que sunt sine materia: ꝛ in nobis ipsis a
voluntate mouetur inferior appetitus: ad cuius motum
sequitur transmutatio corporalis. ¶ Ad 11m dicendū: q 11m
originalis iustitia fuit superaddita pmo homini ex libe-
ralitate diuina. Sed q huic anime non detur a deo: non
est ex parte eius: sed ex parte humane nature: in qua in-
uenitur contrarium prohibens. ¶ Ad 12m dicendum: q 12m
in semine est corruptio originalis peccati non actu: sʒ vir
tute: eo modo quo est ibi virtute humana natura. Que q
dem virtus actiua in semine est in spiritu spumoso: vt
Aristo. dicit in lib. de generatione animaliū: non auteʒ in
materia que amittit vnam formā ꝛ recipit aliam. ¶ Ad 13m
13m dicenduʒ: q sicut Dionysius dicit. 4. c. de diui. nomi
nibus. bonum contingit ex tota integra causa: sed maluʒ
puenit etiam ex singularibus defectibus. Et ideo defe-
ctus qui est ex parte corporis: sufficit ad integritateʒ hu-
mane nature tollendam. ¶ Ad 14m dicenduʒ: q carētia 14m
diuine visionis dupliciter competit alicui. Uno modo
sic q non habeat in se vnde possit ad diuinam visionem
peruenire. Et sic carentia diuine visionis competeret ei

qui in solis naturalibus esset etiā absq3 pctō. Sic eni ca
rētia diuine visionis nō est pena: sed defect⁹ cōis oēz nāz
creatā. Qr nll'a creatura ex suis nālib⁹ pt puenire ad visi
onē diuinaz. Alio⁹ pōt alicui cōpetere carētia diuine visi
onis ħ mō vt hēat in se aliqd ex quo debeat ei q̄ careat
visione diuina. Et sic carentia visionis diuine est pena ꝛ
15ᵐ originalis ꝛ actualis pcti. ¶ Ad 15ᵐ dōm: q̄ duplex ē cā.
Una pncipalis que agit p ppriā formā: ꝛ hec est nobili
or q̄ effectus inq̄tū est causa. Alia est cā istr̄alis que non
agit p formā ppriā: sed inq̄tū est mota ab alio: ꝛ hāc nō
op3 nobiliorē esse effectu. sicut serra nō est nobilior q̄ do
16ᵐ mus. hoc aūt mō semē carnale est causa nāe humane i p
le: ꝛ ēt culpe originalis in aīa ei⁹. ¶ Ad 16ᵐ dōz: q̄ aliqd
agēs est in actu multiplr. Uno mō ſm ppriā formā: que
vel ptinet formā effectus: ſm silitudinē spēi: sicut ignis
generat ignē: vel ſm virtutē tm̄: sicut sol generat ignem.
Alio mō ſm motū ab alio. Et hoc mō instr̄m agit vt ens
actu: ꝛ sic ēt semē est actu: inq̄tū in eo est mot⁹ ꝛ intētio
aīe generātis: ſm ph̄m in li. de ge. aīaliū. Et ex hoc h3 vir
17ᵐ tutem causandi ꝛ humanā nām ꝛ originale pctm̄. ¶ Ad
17ᵐ dōm: q̄ aliqs vir iustus accedēdo ad vxorem meret
18ᵐ ſm id qō est ppriū sibi. Et sic nō trāsmittit pctm̄ origia
le: sed ſm id qō h3 ab adā: vt supra dictū est. ¶ Ad 18ᵐ di
cendū: q̄ adā inq̄tū fuit pncipiū humane nāe habuit ra
19ᵐ tionē cause vlis. Et ita p ei⁹ actū corrupta est tota huma
na nā que ab eo ppagat. ¶ Ad 19ᵐ dōm: q̄ pctm̄ primi
hōis est quodāmō pctm̄ cōe toti⁹ humane nāe: vt dictuz
est. Et ideo cu3 aliquis punit pro peccato pmi parentis:
nō punit pro peccato alterius: sed pro peccato suo.

¶ Quid sit peccatum originale.

pᵐ SEcundo queritur quid sit peccatu3 ori
ginale. ¶ Et videt q̄ sit ↄcu
piscentia. Dicit. n. Augu⁹ in lib. de bap⁹ puulo
rum. Adā pter imitationis exēplū: occulta ēt
tabe carnalis ↄcupiscentie sue tabefecit in se
oēs de sua stirpe venturos. vñ Aplš recte ait: in quo oēs
peccauerunt. Sed peccatum originale est in quo omnes
peccauerūt: vt dictū ē. g̊ peccatū originale ē ↄcupiscētia
2ᵐ ¶ P̄. Ansel. dicit i li⁹ de ↄceptu virginali Sic factus ē
vt inordinatā ↄcupiscētiam sentire nō deberet. Sed sic
in eodē li. dicit: peccatu3 ē nō solū cū nō habet bō qō d3
habere: sed etiam cū h3 qō non deb3 habere. g̊ ↄcupiscē
3ᵐ tia ↄcta est peccatū originale. ¶ P̄. Augu⁹ dicit in lib. re
tractationū: q̄ ↄcupiscētie reat⁹ in baptismate soluit: s3
pprie soluit in bap⁹ reatus originalis pcti. ergo ↄcupiscē
tia est originale pctm̄.

ↄ̄ꝑ Sed cōtra. Dam. dicit in. 2. lib. q̄ pctm̄ est ex eo
q̄ aliqs auertit ab eo q̄ est ſm nā3 in
id qō est ↄ̄ nām. Ex quo habet q̄ pctm̄ est ↄ̄ nām: sed cō
cupiscētia est nālis. hāc eni nā oia aīalia docuit. ergo cō
cupiscētia nō ē pctm̄ originale. ¶ S3 dice. q̄ ↄcupiscen
2ᵐ tia ē nālis ſm nā3 corruptā: nō aūt ſ3 nā3 istitutā. ¶ S3
ↄ̄. ↄcupiscentia est pprius actus potentie ↄcupiscibilis.
Sed vis ↄcupiscibilis est nālis ēt ſm nām istitutā. ergo
3ᵐ ēt ↄcupiscētia. ¶ P̄. nullū pctm̄ se h3 ad bonū ꝛ ad ma
lū. S3 ↄcupiscētia ē ꝛ boni: puta sapie: ꝛ mali: puta rapie:
4ᵐ g̊ ↄcupiscētia de se nō ē pctm̄ originale. ¶ P̄. ↄcupiscētia
noiat vl' hitū vl' actū. S3 ſm q̄ noiat actū ē pctm̄ actua
le nō originale. ſm aūt q̄ noiat hitū nō pōt eē pctm̄ origi
nale: qr hitus in aliquo hōie acqsit⁹ ex ppriis ei⁹ actib⁹
malis nō est pctm̄: aliogn ↄtinue peccaret: ꝛ cōtinue de
mereret. Et sic multo min⁹ hitualis ↄcupiscētia causata
in hoc hōie ex actu pmi parētis h3 nomē peccati. Nullo
5ᵐ ergo mō ↄcupiscētia ē originale pctm̄. ¶ P̄. ois hit⁹ aut
est nālis aut acqsit⁹: aut infusus: sed pctm̄ originale nō ē
hitus nālis: qr ſ3 Diony⁹. 4. c. de di. no. nihil qō iest ali
cui ſm nām est ei malū. Silr ēt nec ē hitus acqsit⁹: qr ha
bitus acqsiti causant ex actib⁹: vt p3 p ph̄m in. 2. ethico.
pctm̄ aūt originale nō acqrit ex actib⁹: s3 trahit p origi
nem. Silr ēt nō ē hitus infusus: qr taliū hituū solus de⁹
est cā int⁹ in aīa operās: g tn̄ nō pōt eē causa pcti. Nullo
ergo mō pctm̄ originale ē hitualis ↄcupiscētia. ¶ P̄. ſm 6ᵐ
cōem theologoꝝ sniam in bonis hitus pcedit actū: qr ha
bitus īfusus ē a deo: actus aūt est a nobis. in malis autē
actus pcedit hitū. Si ergo pctm̄ originale sit hitualis cō
cupiscētia: sequeret q̄ mali act⁹ qui sūt pctā actualia p
cederēt pctm̄ originale: qō est icōueniēs. ¶ P̄. pctm̄ ori 7ᵐ
ginale ponit eē fomes ois pcti: sed pctā nō solū causant
ex ↄcupiscētia: sed ēt per malitiā vel ignorātiā: vt in su
perioribus habitū est. ergo pctm̄ originale nō est ↄcupiscē
tia. ¶ P̄. si ↄcupiscētia est originale pctm̄: aut ħ h3 p sui 8ᵐ
eēntiā: ꝛ sic remanēte ↄcupiscētia post baptismū nō esset
solutū pctm̄ originale: qō est incōueniēs: aut dr pctm̄ ori
ginale pp aliqd aliō adiūctū: ꝛ sic illō aliō magis ē pctm̄
originale. Nō g̊ pctm̄ origiale ē ↄcupiscētia. ¶ P̄. accñs 9ᵐ
cāt ex pncipiis subti: s3 pcti originalis subm est aīa: ↄcu
piscētie aūt causa nō est aīa: sed caro. ergo ↄcupiscētia nō
est originale pctm̄. ¶ P̄. ↄcupiscētia maxime videt esse 10ᵐ
originale pctm̄ ſm q̄ iportat necessitatē ↄcupiscēdi: sed
hec necessitas duplr intelligi pōt. Uno mō vt sit necessi
tas ↄsentiēdi motib⁹ ↄcupiscētie. Que quidē necessitas
nō pōt dici pctm̄ originale: qr nō manet post baptismu3:
originale aūt manet actu: ꝛ trāsit reatu. Alia aūt ē neces
sitas sentiēdi ↄcupiscētie mot⁹. Sed nec hoc pōt eē ori
ginale pctm̄. Aut eni eēt originale pctm̄ pp̄ter seipsam:
aut pp̄ter aliud. Si pp̄ter seipsa3: cū talis necessitas ma
neat post baptismū: sequeret q̄ pctm̄ originale maneret
post baptismū. Si āt pp̄ter aliud. s. pp̄ter carētiā origia
lis iustitie: nec hoc videt eē possibile: qr necessitas sētiē
di hō mot⁹ se h3 ad pctm̄ originale sicut sentire i actu se
h3 ad pctm̄ actuale. Sētire aūt in actu mot⁹ ↄcupiscen
tie: nō est pctm̄ actuale pp̄ter ħ q̄ adiūgit ei carētia grē:
aliogn in istis q sunt sine grā: qlibet mot⁹ ↄcupiscētie eēt
pctm̄: qō p3 eē falsu3: cū qñq3 per rōnē nāle3 ↄcupiscētie
motib⁹ resistāt. Neq3 ergo necessitas sentiēdi hō motus
est pctm̄ originale pp̄ter carētiā originalis iustitie adiū
ctā. Et sic nullo mō ↄcupiscētia est origiale pctm̄. ¶ P̄. 11ᵐ
si ↄcupiscētia est originale pctm̄: aut hoc est essentialiter
aut causaliter: sed nō essentialiter: qr ↄcupiscētia est cau
sa originalis pcti ſm Augu⁹. cā aūt est extra essentiā rei.
Silr aūt neq3 causaliter: qr causa pcedit effectu3: ↄcupi
scētia aūt nō pcedit carētiā originalis iustitie: in qua ma
xime cōsistit rō originalis pcti: s3 magis ex ea sequit. Nul
lo ergo mō ↄcupiscētia est origiale pctm̄. ¶ P̄. sic in sta 12ᵐ
tu nāe corrupte ↄcupiscibilis repugnat rōni: ita ꝛ irasci
bilis. ergo nō magis d3 dici ↄcupia origiale pctm̄ q̄ ira.
¶ Itē ostēdebat q̄ pctm̄ origiale sit ignorātia. Dicit eni3 Qr sit ig
Ansel. in lib. de pdestinatiōe q̄ humane nāe imputat ad rātia p
pctm̄ origiale: ipotētia iustitiā habēdi ꝛ eā itelligēdi. S3 bat. pᵐ.
ipotētia itelligēdi ptinet ad ignorātiā. Ergo pctm̄ origi
nale est ignorātia. ¶ P̄. in eodē lib. dr q̄ minoratio pul 2ᵐ
chritudinis humane nature iputat ad peccatu3. S3 ma
xime pulchritudo humane nature consistit in splendo
re scientie. ergo videtur q̄ peccatu3 originale quod im
putatur humane nature sit minoratio sciētie. s. ignoran
tia. ¶ Preterea Hugo de sancto victore dicit q̄ vitiu3 3ᵐ
quod nascendo contraximus est per ignorantiam in mē
te: ꝛ per concupiscentiam in carne. Sed hō vitiu3 est pec
catum originale. Ergo peccatū originale nō magis est cō
cupiscentia q̄ ignorantia.

3ᵖ° ¶ Sed contra. Ignorātia est aliud a concupiscentia: nec
est in eodem subiecto. Sed idem non est in diuersis ge-
nerib⁹: nec in diuersis subtis. ergo originale peccatum
2° cū sit ɔcupiscētia nō pōt eē ignorātia. ¶ P̄. sicut intelle-
ctus defectū patit̄ ꝑpter originale pctm̄: ita ꝛ inferiores
vires vt gnātiua: ꝛ ēt ipsuz corpus. Si ḡ ignorātia que ē
defectus itellect⁹ ponat̄ esse peccatū originale: pari rōne
ꝛ omnes defectus inferiorum virium: ꝛ etiam ipsius cor
poris: quod videtur incōueniens.

Oz sit ca- ¶ Itē ostēdebat̄ ꝙ peccatū originale est carētia origial'
rētia iu- iustitie. Ansel. n. sic argumētat̄ in li. de ɔceptu virginali.
sti°. ori. Oē peccatū est i iustitia: ꝛ ꝑ ɔñs excludit aliquā iustitiā.
pbatur Sz pctm̄ originale nō excludit aliā iustitiā ꝗ̄ originalez.
ergo originale pctm̄ est carētia originalis iustitie.

3ᵖ ¶ Sed ɔ. culpa dicit̄ per ꝑuationē grē gratū faciētis. Sz
originalis iustitia nō icludit gratiā gratū faciētē: qꝛ i ori
ginali iustitia ꝑmus hō ɔditus fuit: nō aūt in grā gratum
faciēte: vt videt̄ ꝑ magistrū i. 2. snīarū. ḡ carētia origina-
2° lis iustitie nō ɔstituit rōnē peti. ¶ P̄. originalis iustitia
nō restituit̄ ꝑ baptismū: qꝛ adhuc vires inferiores rōni
rebellāt. Si ergo pctm̄ originale eēt carētia originalis iu-
stitie: sequeret̄ ꝙ pctm̄ originale nō solueret̄ ꝑ bap⁹: qđ
3° est hereticū. ¶ P̄. subm̄ dz poni in diffōne accñtis. Sed
cū dr̄ ꝙ pctm̄ originale est carētia originalis iustitie: nō
4° fit ibi mētio de subto. ergo assignatio ē isufficiēs. ¶ P̄.
sicut originalis iustitia tollit̄ per pctm̄ originale: ita grā
tollit̄ ꝑ pctm̄ actuale. Sz carētia grē non est ipsuz pctm̄
actuale: sed effectus ei⁹. ergo neqꝫ carētia originalis iusti
tie est ipsuz pctm̄ originale.

Oz sit pe- ¶ Itē ostēdebat̄ ꝙ pctm̄ originale sit pena ꝛ culpa: qꝛ su-
na ꝛ cul- per illū ps. Bñdixisti dñe terrā tuā. dicit glo. ꝙ id qđ ɔ-
pa pbat̄ bimus ab adā est pena ꝛ culpa. H aūt est pctm̄ originale.
pᵐ ergo pctm̄ originale est pena ꝛ culpa. ¶ P̄. Ambrosi⁹ di-
2ᵐ cit ꝙ vitiū siue pena nām corrūpit: culpa deuz offendit.
Sz originale pctm̄ facit vtrūqꝫ. ergo ē ꝛ culpa ꝛ pena.

3ᵖ ¶ Sed ɔ. hugo de scō victore dicit ꝙ pctm̄ originale est
mortalis infirmitas: quā ɔsequit̄ ɔcupiscēdi necessitas.
sed ifirmitas noiat penā. ergo pctm̄ originale ē pena tm̄.
2° ¶ P̄. Ansel. loquēs de pctō originali cōparat ipm̄ seruitu
ti quā patiunt̄ aliq pro pctō pris q peccauit crimine lese
maiestatis: sed talis seruit⁹ est pena tm̄. ergo pctm̄ origi-
3° nale est pena tm̄. ¶ P̄. Augu⁹ dicit in. 15. de ciuita. dei: ꝙ
pctm̄ originale est lāgor nāe: sed lāgor noiat penam. ergo
pctm̄ originale est tm̄ pena.

Rñō **Rñdeo.** dōm ꝙ veritas huius q̄ōnis accipi pōt ex
his que supra dicta sunt. Dictū est enim su-
pra ꝙ pctm̄ originale est hui⁹ ꝑsone vel illius put cōside
rat̄ vt pars quedā multitudinis ab adā deriuate: ac si es-
set qđdā mēbrū vnius hois. Dictū est ēt ꝙ vni⁹ hois pec
cātis ē vnū pctm̄ fm̄ ꝙ ad totū refert̄: ꝛ ad ꝑmū peccādi
ꝑnci^m: lz executio peti fiat ꝑ diuersa mēbra. Sic ḡ pctm̄
originale in isto hoīe vel in illo nihil est aliđ ꝗ̄ id qđ ad
ipsuz ꝑuenit per originē ex pctō ꝑmi parentis. Sic pctm̄
in manu aut in oculo: nihil aliud est ꝗ̄ id qđ peruenit ad
manū vel ad oculū ex motione ꝑmi ꝑncipij peccātis qđ
est volūtas: lz ex vna pte fiat motio per nālē originē: ex
alia vō parte ꝑ iperiū volūtatis. Id vō qđ ꝑuenit ad ma-
nū de pctō vni⁹ hois singularis est qdā effect⁹ ꝛ ipressio
motus ꝑmi inordinati qui erat in volūtate. vñ opz ꝙ ei⁹
silitudinē gerat. mot⁹ aūt volūtatis inordinat⁹ est ɔuer-
sio ad bonū aliqđ tpale absqꝫ ordine cōuenienti ad debi-
tum finē. Que quidē inordinatio: est auersio ab incōmu-
tabili bono. Et hoc est q̄si formale: illud aūt quasi māle.
Nā formalis rō moralis actus accipit̄ ꝑ cōparationē ad
finē. Vñ ꝛ id qđ ad manū ꝑtinet de pctō vnius hois: ni-
hil aliud est ꝗ̄ applicatio ei⁹ ad aliquē effectū sine aliquo
ordine iustitie. Jā vō si mot⁹ volūtatis ꝑuenit ad aliqđ
qđ nō est susceptiuū peti: puta ad lāceā vel gladiū: nō dici
mus ibi eē pctm̄: nisi ꝟtualr̄ ꝛ ꝑ modū effect⁹: instrūtuz. s.
lācea vel gladi⁹ mouet̄ ꝑ actū peti ꝛ ꝑficit peti effectum:
nō ꝙ ipsa lācea vł gladi⁹ peccet: qꝛ nō sūt aliqđ hois pec-
cātis: sicut man⁹ vł oculus. Sic ergo in pctō ꝑmi parētis
fuit aliqđ formale. s. auersio ab incōmutabili bono: ꝛ ali-
quid māle. s. ɔuersio ad bonū cōmutabile. Ex hoc āt qđ
auersus fuit ab icōmutabili bono: donū originalis iusti-
tie amisit. Ex hoc vō ꝙ ɔuersus est iordinate ad cōmuta
bile bonū inferiores vires q̄ erigi debebāt ad rōnē depꝯ-
se sunt ad iferiora. Sic ergo ꝛ in his que ex ei⁹ stirpe ori-
unt̄: ꝛ supior ps aīe caret debito ordine ad deuz q erat ꝑ
originalē iustitiā: ꝛ iferiores vires nō subdunt̄ rōni: sz ad
inferiora ɔuertunt̄: fm̄ ꝑpriū iperū: ꝛ ipsuz ēt corpus in
corruptionē tēdit fm̄ inclinationē ɔuoꝝ ex qbus cōponi
tur: sz supior ps aīe ꝛ ēt quedā inferiorū viriū que sūt sub
volūtate: ꝛ ei nate sunt obedire: recipiūt hꝫ sequelā ꝑmi
peti fm̄ rōnē culpe. Sūt enī culpe susceptiue hꝫ ptes. Sz
inferiores vires que nō subdunt̄ volūtati. s. potentie aīe
vegetabilis: ꝛ ēt ipsuz corp⁹: suscipit hꝫ sequelā fm̄ rōnē
pene nō fm̄ rōnē culpe nisi forte virtualr̄: put. s. hꝫ pena
pctm̄ ɔsequēs peti est ꝑductiua: fm̄ ꝙ vis gnātiua ꝑ de-
cisionē corpalis seminis opat̄ ad traductionē peti origi-
nalis simul cū humana nā. Sz inter supiores vires q̄ su-
scipiūt defectū ꝑ originē traductū fm̄ rōnē culpe: vna ē
que oēs alias mouet. s. volūtas. oēs autē alie mouent̄ ab
ea ad suos actus. Semꝑ aūt qđ est ex parte agētis ꝛ mo-
uētis: est sicut formale. qđ aūt ē ex parte mobilis ꝛ pati-
entis est sicut māle. Et iđ cū carētia originalis iustitie se
habeat ex parte volūtatis: ex parte aūt inferioꝝ viriū a
volūtate motarū sit ꝑnitas ad iordinate appetēdū: q̄ cō
cupiscētia dici pōt: seqt̄ ꝙ pctm̄ originale in hoc hoie vel
in illo nihil est aliud ꝗ̄ ɔcupiscētia cū carētia originalis
iustitie. Ita tm̄ ꝙ carētia originalis iustitie est q̄si forma-
le in pctō originali: cōcupiscētia aūt est quasi māle: sicut
ꝛ in pctō actuali auersio ab icōmutabili bono: ē q̄si for-
male: cōuersio aūt ad cōmutabile bonuz sit q̄si māle: vt
sic itelligat̄ in pctō originali auersa aīa ꝛ ɔuersa: sicut in
pctō actuali act⁹: vt ita dicā: auersus ꝛ cōuersus. Ad arᵐ
¶ Cōcedende sunt ergo rationes quibus probabat̄ ꝙ ori prima.
ginale peccatum sit concupiscentia.

Ad primum vō eoꝝ que in ɔriū obijciebant̄ di- Ad pᵐ i
cendū: ꝙ aliqđ pōt eē nāle hoi du- ɔrium.
pliciter. Vno⁹ inq̄tū est aīal. Et sic nāle est ei ꝙ ɔcupisci
bilis ferat̄ in delectabile fm̄ sensuz coīter loquēdo. Alio
mō inq̄tū ē hō. i. aīal rōnale. Et sic nāle ē ei ꝙ ɔcupiscibi
lis ferat̄ i delectabile sensus fz ordinē rōnis. Cōcupiscē-
tia ḡ ꝑ quā ꝑna ē vis ɔcupiscibilis vt ferat̄ i delectabile
sensus ꝑter ordinē rōnis ē ɔ nāz hois inq̄tū ē hō: ꝛ ita ꝑ-
2ᵐ tinet ad pctm̄ origiale. ¶ Ad 2ᵐ dōz: ꝙ sic vis ɔcupisci-
bilis nālis ē hoi fz nāz istitutā: ita ꝛ ꝙ subdat̄ rōni est ei
nāle: fz id qđ phs dic̄ in. 3. de aīa: ꝙ appetit⁹ sensitiu⁹ seq
3ᵐ tur appetitū rōnis: sic̄ spera mouet̄ a spera. ¶ Ad 3ᵐ dōz
ꝙ ɔcupiscētia ē qdē boni fz ꝙ seqt̄ ordinē rōnis: est aūt
mali fz ꝙ ē ꝑter ordinē rōnis: qꝛ vt Diony⁹ dicit. 4. c. de
di. no. Malū hois ē ꝑter rōnē eē. Et ide ē ꝙ furere ꝑter
4ᵐ rōnē ē malū i hoīe: q̄uis sit bonū i cane. ¶ Ad 4ᵐ dōz ꝙ
ɔcupiscētia fz ꝙ ꝑtinet ad origiale pctm̄: nō ē ɔcupiscen
tia actualis fz hitualis. Sz itelligēdū ē ꝙ ex habitu effi-
cimur habiles ad aliquid. Dupliciter aūt aliquod agens
pōt esse habile ad aliquid agenduz. vno modo ex aliqua
forma inclinante ad hoc: sicut corpus graue ex forma
sua quam habet a generante inclinatur deorsum. Alio

modo ex subtractione eius qđ impediebat: sicut vinum
effundit fractis circulis: q effusionē īpediebāt: ⁊ equus
ɔcitatus p̄cipitāter vadit rupto freno quo retinebatur.
Sic ergo ɔcupiscētia hitualis pōt dici dupl̄r. vno mō ali
qua dispositio vel habit⁹ inclinās ad ɔcupiscēdū: sicut si
in aliquo ex frequēti actuali ɔcupiscētia causaret̄ cōcu-
piscētie hitus. Et sic ɔcupiscētia nō dr̄ originale peccatū.
Alio mō pōt intelligi hitualis ɔcupiscētia ipsa pnitas vł
habilitas ad ɔcupiscēdū: que est ex hoc q vis ɔcupiscibi
lis nō pfecte subdit̄ rōni: sublato freno origiālis iustitie.
Et hoc mō pctm̄ originale mālr̄ loquēdo est habitua-
lis ɔcupiscētia. Nec tñ sequit̄ si habitualis ɔcupiscētia
positiue accepta nō hʒ rōnē pcti actualis ſm q causat̄ ex
actib⁹ psone: q pp̄ter h̄ habitualis ɔcupiscētia p remo-
tionē accepta nō habeat rōnem originalis pcti ſm q ex
actu p̄mi parētis causat̄. Qꝛ pctm̄ originale nō eadeʒ rō-
ne dr̄ pctm̄ qua ⁊ actuale: qꝛ actuale pctm̄ in actu volun-
tario alicui⁹ psone cōsistit. Et ideo qđ ad talē actū nō pti
net nō hʒ rōnē actualis pcti. Sed pctm̄ originale est pso-
ne ſm nām quā ab alio traxit p originē. Et iō ois defect⁹
in nā plis inuētus deriuat⁹ a pctō p̄mi parētis hʒ rōneʒ
pcti originalis: dū mō sit in subo q sit susceptiuuʒ culpe.
Nā sicut Aug⁹ dicit in p̄ retractationū. Cōcupiscētia dr̄
5ᵐ pctm̄: qꝛ est a pctō fctā. ❡ Ad 5ᵐ dōm: q sicut habit⁹ vi-
tiosus qui est pprius hui⁹ psone: est acqsitus ex actibus
hui⁹ psone: ita ⁊ habitualis ɔcupiscētia q̄ ptinet ad pec-
catū nāe est acqsita ex volūtario actu p̄mi parētis. nō āt
6ᵐ est nālis pprie loquēdo neq̄ infusa. ❡ Ad 6ᵐ dōʒ: q ob-
iectio illa pcedit de habitu psonali positiue dicto. Talis
7ᵐ aūt habit⁹ non est pctm̄ originale. ❡ Ad 7ᵐ dōm: q sub
pctō originali cōprehēdit̄ ⁊ malitia ⁊ ignorātia. Sic̄ eni
ɔcupiscētia ɔtcta per originē nihil est aliud q̄ʒ destitutio
inferioꝝ viriū a retinaculo iustitie origialis: ita malitia
ɔtcta nihil aliud est q̄ʒ destitutio ipsius volūtatis ab ori-
ginali iustitia. Et inde īcurrit oēm pnitatē ad mala eli-
gendū. Et sic ſʒ p̄missa malitia se hʒ in pctō originali vt
formale: ɔcupiscētia aūt vt māle. De ignorantia aūt po-
8ᵐ stea dicet̄. ❡ Ad 8ᵐ dōm: q aliqd dicit̄ aliquale pp̄ter
aliud nō solū sicut pp̄ter accidēs: sed ēt sicut pp̄ter for-
male p̄ncipiū: sicut corp⁹ dicit̄ viuū pp̄ter aiam: nec tñ
sequit̄ q corpus nō sit pars rei viuētis. Et silr̄ ɔcupiscen-
tia dr̄ originale pctm̄ pp̄ter carētiā originalis iustitie: q̄
sicut dictū est se hʒ ad ipsam vt formale ad māle. vñ non
9ᵐ sequit̄ q ɔcupiscētia nō sit aliqd originalis pcti. ❡ Ad
9ᵐ dōm: q accidēs nāle causat̄ ex p̄ncipijs subti: nō autē
accidēs īnāle cuiusmodi est pctm̄ originale. Et tñ ēt pec-
10ᵐ catū originale causat̄ a volūtate p̄mi parētis. ❡ Ad 10ᵐ
dōm: q ɔcupiscētia ſm q est aliqd originalis pcti nō no
minat necessitatē ɔsentiēdi motib⁹ ɔcupiscentie inordi
natis: sed noīat necessitatē sentiēdi: que qdē manet post
baptismū Sed nō manet cū carentia originalis iustitie
ex q̄ est reat⁹ pene. Et iō dicit̄ q manet actu ⁊ trāsit rea-
tu. Nec tñ opʒ q necessitas sentiēdi ɔcupiscētie mot⁹ nō
habeat rōnē originalis pcti: pp̄ter hoc q sentire hō mo-
tus nō hʒ rōnē pcti actualis pp̄ter carētiam gr̄e: qꝛ pctm̄
actuale ī actu cōsistit. Est eni actus inordinat⁹. Et iō de-
fect⁹ qui ɔstituit actuale pctm̄ est ipsa inordinatio actus:
nō aūt carētia gr̄e que est defect⁹ in subto peccati. Sed
pctm̄ originale est peccatū nāe. Et iō inordinatio nāe p
subtractionē originalis iustitie facit rōnē originalis pec
11ᵐ cati. ❡ Ad. 11ᵐ dōm: q ɔcupiscētia pōt dupl̄r cōsiderari.
Uno mō ſm q est in alio. Et hoc mō ɔcupiscētia que est
in patre ponit̄ causa originalis pcti qđ est in filio: ⁊ nō ē
de ēēntia eius: sʒ p̄cedit ipsum. Alio mō pōt ɔsiderari ſʒ q
est in eodē. Et sic est causa p modū māe: que est de essen-
tia rei: ⁊ p̄cedit quodā mō p modū māe: sicut ⁊ corp⁹ p̄ce
dit aiaʒ in ordine cāe mālis. Dictū est.n. supra q ex car-
ne ad quā ptinet ɔcupiscētia: inficit̄ aia ad quā ptinet ca
12ᵐ rētia originalis iustitie. ❡ Ad 12ᵐ dōm: q etiā corruptio
irascibilis mālr̄ se hʒ in pctō originali: sic̄ ⁊ corruptio
ɔcupiscibilis. Denoiat̄ tñ magis a cōcupiscibili pp̄ duo.
Primo qdē qꝛ oēs passiōes irascibilis ab amore oriunt̄
q est in ɔcupiscibili: ⁊ ad gaudiū vel tristitiā terminant̄:
que sunt ēt in ɔcupiscibili. vñ ⁊ coiter tā motus ɔcupisci
bilis q̄ʒ irascibilis ɔcupiscētia dici pōt. 2ᵒ qꝛ pctm̄ origia
le traducit̄ p actū gnātionis: in quo maxime est delecta-
tio: circa quā appet inordinatio ɔcupiscibilis. vñ ɔcupi-
scibilis dr̄ nō solū corrupta: sʒ ēt īfecta: inq̄ʒtū p hō actuʒ
traducitur originale peccatum.
❡ Ad illud aūt qđ querebat̄ de ignorātia dōm est q īter Ad p̄ᵐ 6
alias vires ēt itellect⁹ a volūtate mouet̄. Et sic defectus igrātie.
intellect⁹ ēt ɔtinet̄ mālr̄ sub pctō originali. Qui qdeʒ
defectus est carētia illius scie nālis quā hō in p̄mo statu
habuisset. Et per hunc modum ignorantia materialiter
continetur sub peccato originali.
❡ Ad primū vero qđ in ɔtrariū obijcit̄ dōʒ est q cuʒ pec- Ad p̄ᵐ i
catū originale sit pctm̄ nāe: sic̄ nā humana ex multis pti- ɔtrium
bus cōponit̄: ita mlta ɔueniūt ad originale pctm̄. s. defe-
ctus diuersarū ptiū humane nāe. ❡ Ad 2ᵐ dōm: q ea q̄ 2ᵐ
nō sūt nata obedire rōni: nō sūt susceptiua culpe. Et iō in
eis defect⁹ traduct⁹ nō hʒ rōnē culpe: sʒ pene tñ. Intelle
ctus aūt ē susceptiuus culpe. pōt.n. aliqs ⁊ mereri ⁊ deme
reri p actū itellect⁹ ſm q est volūtarius: ⁊ iō nō est silē.
❡ Ad illud aūt qđ querebat̄ de carētia originalis iustitie Ad p̄ᵐ 6
dōm est: q est sicut formale in originali pctō vt dictū ē. car. ori.
❡ Ad p̄mū vō qđ in ɔtriū obijcit̄ dōm q originalis iusti- iustitie.
tia includit gratiā gratū faciētē. Nec credo verum eē q Ad p̄ᵐ i
hō sit creat⁹ in nālib⁹ puris. Si tñ nō icludit gr̄am gratū ɔtrium.
faciētē: nō tñ pp̄ter hoc excludit̄ qn carētia origialis iu-
stitie habeat rōnē culpe: qꝛ ex hoc ipso q aliqs peccat ɔ
dictamē rōnis nālis: incurrit culpā. Rectitudo.n. gratie
nō est sine rectitudie nāe. ❡ Ad 2ᵐ dōʒ: q iustitia origi- 2ᵐ
nalis restituit̄ in bap⁹ q̄ʒtū ad h̄ q supioꝛ pars aie cōiun
git̄ deo: p cui⁹ p̄uationē inerat reat⁹ culpe: sed nō q̄ʒtū ad
h̄ q rōni subijciant̄ īferiores vires. Ex hō.n. defectu est
ɔcupiscētia q̄ manet post bapᵐ. ❡ Ad 3ᵐ dōm: q in diffi- 3ᵐ
nitione iustitie ponit̄ volūtas. Est eni iustitia rectitudo
volūtatis: vt Ansel. dicit. Et iō exquo iustitia ponitur in
diffinitiōe originalis pcti: nō deest ibi subm. Sicut si si-
mū ponat̄ in diffōne alicui⁹: nō opʒ q ponat̄ ibi nasus q
ponit̄ in diffōne simi. ❡ Ad 4ᵐ dōʒ: q p̄uatio gr̄e non 4ᵐ
est in ipso actu: sʒ in subo actus: ⁊ iō nō pertinet ad pctm̄
actuale. Sed carētia originalis iustitie est in nā: ⁊ iō pōt
ptinere ad originale pctm̄: qđ est pctm̄ nature.
❡ Ad id vō qđ querebat̄ vtrū sit pena tm̄: vel pena ⁊ cul Ad reli-
pa: dōm sicut supra dictū est: q si cōparet̄ ad istū hoiem qua.
put est psona quedā nō habito respectu ad nām: sic ē pe-
na. Si aūt cōparat̄ ad p̄ncipiū in quo oēs peccauerūt: sic
habet rōnē culpe. Et per hoc pʒ de facili rnsio ad obta.
❡ Questio est in quo sit pctm̄ originale sicut in subiecto.
vtrum. s. in carne vel in anima.

Tertio queritur in quo sit pctm̄ originale sicut ī
subiecto. vtrū. s. in carne vł in aia. ❡ Et vide p̄ᵐ
tur q in carne ⁊ nō in aia. Anima eni est crea
ta a deo. Sʒ a deo nō hʒ imūditiā pcti: nec ēt
ex seipsa: qꝛ sic eēt actuale pctm̄. ǵ nullo⁹ origiale pctm̄ ē i
aia. ❡ P. i q̄cūq̄ ē pctm̄ origiale. ille peccauit in Adā: sʒ 2ᵐ
illud apl̄i Ro. 5. in quo oēs peccauerūt. Sʒ aia hui⁹ hois
nō peccauit in Adā: qꝛ nō erat ibi. ǵ ī aia nō est pctm̄ ori-

3m ginale. ℂ P̃. Augu⁹ dicit in lib. ꝯtra qnq3 hereses: ꝙ ra
dij solis sparguntˀ per feces: nec inquinantˀ: sed aia est q̄
dam lux spūalis: ⁊ sic est virtuosior q̄3 lux corpalis. ḡ aia
4m nō ingnatˀ ꝑ imūdicias carnis. ℂ P̃. Pena rńdet culpe:
sed pena pcti originalis est mors: que nō est solū aie: sed
5m ꝯiūcti. ḡ pctm̄ originale nō est in aia: sed in ꝯiūcto. ℂ P̃.
veri⁹ est aliqd in causa q̄3 in effectu. Si ḡ causa infectio
nis aie est ex carne: videtˀ ꝙ originale pctm̄ magis sit in
carne q̄3 in aia.

3 Sed contra est qđ Ambro⁹ dicit ꝙ idē est susce
ptiuū virtutis ⁊ vitij: sed caro nō est
susceptiua virtutis. ergo nec vitij.

Rńo Respondeo. dōm ꝙ ad huius q̄ōnis intelligētiā
duas distinctiones cōsiderare opor
tet. Primo qdē ꝙ aliqd dupl'r dˀ eē in aliquo. Uno mō
sic in ꝑprio subō. Alio mō sicut in causa. ꝑpriū aūt subm
alicuius accn̄tis coequatˀ ipsi accidēti. puta si volum⁹ cō
siderare ꝑpriū subm felicitatis ⁊ virtutis: cu3 felicitas ⁊
virt⁹ sint ꝑpria hois: ꝑpriū subm vtriusq3 erit id qđ ē ꝑ
priū hois. s. pars aie rōnalis: vt ph̄s ꝓbat in p̊ ethi. Causa
aūt est duplex. s. instr̄alis ⁊ p̊ncipalis. In p̊ncipali quide3
causa est aliqd s̄m silitudinē forme vel eiusdē spēi: si sit
causa vniuoca: puta cū hō generat hoie3: vel ignis igne3:
vel s̄m aliquā excellētiorē formā: si sit agēs nō vniuocū:
sicut sol generat hoie3. In causa aūt instr̄ali est aliqs effe
ctus s̄m virtutē quā recipit istr̄m a causa p̊ncipali: inq̄3
tū mouetˀ ab ea. Aliter eni est forma dom⁹ in lapidib⁹ ⁊
lignis tanq̄3 in ꝑprio subiecto: ⁊ aliter in aia artificis tā
q̄3 in causa p̊ncipali: ⁊ aliter i serra ⁊ securi tanq̄3 in causa
instr̄ali. Manifestū est aūt ꝙ eē susceptiuū pcti est ꝑpri
um hois. Unū opȝ ꝙ ꝑpriū subm pcti cuiuscūq3 sit id qđ
est ꝑpriū hois. s. aia rōnalis s̄m quā hō est hō. Et sic pec
catū origiale est in aia rōnali: sicut in ꝑprio subō. Semē
aūt carnale sicut est instr̄alis causa traductionis huma
ne nāe in ꝓle: ita est instr̄alis causa traductiōis pcti origi
nalis. Et ita pctm̄ originale est in carne. i. in carnali semi
ne virtute sicut in causa instr̄ali. 2° ꝯsiderādū est ꝙ du
plex est ordo. s. nāe ⁊ tp̄is. Ordine quidē nāe ꝑfectū est p̊
us imꝑfecto. ⁊ act⁹ potētia. Ordine v̊o gn̄ationis ⁊ tēpo
ris: ecōuerso iperfectū est p̊us ꝑfecto: ⁊ potētia actu. Sic
ḡ in ordine nāe ꝑ p̊us est pctm̄ originale in aia in qua est
sicut in ꝑprio subiecto: q̄3 in carne in qua est sic in causa
instr̄ali. S3 in carne est ꝑ prius origine gn̄ationis ⁊ tp̄is.

Ad p̊m Ad primum ḡ dōm ꝙ aia rōnalis nō h3 imūdi
tiā peccati originalis: nec ex se nec
a deo: sed ex vnione ad carnē. Sic eni fit ꝑs humane nāe
2m deriuate ab Adā. ℂ Ad 2m dōm: ꝙ cū pctm̄ originale sit
pctm̄ nāe: nō ꝑtinet ad aiam: nisi inq̄3tū est pars humane
nāe. humana aūt nā fuit originaliter in Adā s̄m aliqua3
partē sui. s. s̄m carnē: ⁊ s̄m dispositionē ad aiam. Et s̄3 h̄
3m dicitˀ hō in Adā peccasse peccato originali. ℂ Ad 3m dō3
ꝙ Augu⁹ inducit illud exēplū ad ostēdēdū ꝙ verbū dei
nō maculatˀ ex vnione seu adiūctione ad carnē. Nā v̄bū
dei nō vnitˀ carni vt forma. Et ita se h3 sicut lux nō imix
ta corpori: sicut radij nō ꝯmiscentˀ fecib⁹: sed aia vnitur
corpori vt forma. Et ideo cōparatˀ luci in corporate: q̄ i
quinatˀ ex admixtione: sicut p3 de radio trāseūte per ae
4m rem nubilosu3 qui obscuratˀ. ℂ Ad 4° dōm: ꝙ mors in
q̄3tum est pena originalis peccati: causatˀ ex h̄ ꝙ aia ami
sit virtutē qua posset suū corpus ꝯtinere imune a corru
ptione. Et sic etiā ista pena p̊ncipaliter pertinet ad aiam.
5m ℂ Ad 5° dōm: ꝙ nobilius est aliqd in causa p̊ncipali q̄3 i
effectu: nō aūt in causa istr̄ali. Sic autē est ⁊ humana nā:
⁊ peccatū originale in carnali semine. vnde sicut huma
na nā nō est veri⁹ in semine q̄3 in corpore iā organizato:
ita neq3 pctm̄ originale est veri⁹ in carne q̄3 in anima.

ℂ Utr̄ pctm̄ origiale ꝑ p̊us sit i potētijs aie q̄3 i essentia.

Uarto querit vtr̄ pctm̄ originale ꝑ pri
us sit in potētijs aie q̄3 in essentia
ℂ Et videtˀ ꝙ sic. Q2 s̄3 Ansel'. vt supra dcm̄ ē p̊m
pctm̄ origiale ē carētia origialis iustitie: s3 ori
ginalis iustitia ē in volūtate: vt ipse dicit. ergo
pctm̄ originale ē ꝑ p̊us in volūtate q̄ est potētia quedā3.
ℂ P̃. s̄m Aug'm sic supra dictū ē pctm̄ originale ē ꝯcupi 2m
scentia: s3 ꝯcupiscētia ꝑtinet ad potētias aie. ḡ pctm̄ origi
nale ꝑ prius ē in potētijs. ℂ P̃. pctm̄ originale dˀ esse fo 3m
mes pcti: inq̄3tū inclinat ad act⁹ pctōꝝ: sed inclinatio ad
actū ꝑtinet ad potētiā. ḡ pctm̄ originale ē in potētijs aie.
ℂ P̃. pctm̄ originale est iordinatio quedā opposita ordi 4°
nationi originalis iustitie: s3 iordinatio nō pōt eē in eēn
tia aie: in q̄ nō est distictio quā p̊supponit ordo ⁊ iordina
tio. potētie v̊o aie distincte sūt. ḡ pctm̄ originale ꝑ p̊us nō
est in eēntia aie: s3 in potētijs. ℂ P̃. pctm̄ originale hui⁹ 5°
ꝑ nascitˀ deriuatˀ a pctō Ade: qđ ꝑ p̊us corrūpit potētias
aie q̄3 eēntiā: s3 effect⁹ silatˀ cause. ḡ ⁊ pctm̄ originale per
p̊us inficit potētias aie q̄3 eēntiā. ℂ P̃. aia s̄m suā essen 6m
tiā est forma corpis dās ei eē ⁊ vitā. Defect⁹ ḡ ꝑtinēs ad
essentiā aie est defect⁹ vite: q est mors vel necessitas mo
riēdi: s3 hō defect⁹ nō h3 rōnē culpe: s3 pene. ḡ culpa origi
nalis nō est in eēntia aie. ℂ P̃. aia nō est susceptiua pcti 7m
nisi inq̄3tū est rōnalis. S3 dˀ rōnalis s̄m aliq̄s potētias
rōnales. ḡ pctm̄ per p̊us est in potētijs aie q̄3 in essentia.

Sed contra. peccatū originale ꝯbit aia ex vnio 3 p̊°
ne ad carnē: sed aia vnitˀ carni ꝑ suā
essentiā. vt forma eius. ergo pctm̄ originale est ꝑ p̊us in
essentia aie. ℂ P̃. pctm̄ originale nō est ꝑ p̊us pctm̄ perso 2°
ne q̄3 nāe: vt supra dictū est. Aia aūt ꝑ eēntiā suā ꝯstituit
humanā nām inq̄3tū est corpis forma: ꝑ potētias aūt su
as est p̊ncipiū actiuū: qđ ad ꝑsonas ꝑtinet. act⁹ eni sūt in
diuiduoꝝ s̄m ph̄m. ergo pctm̄ originale ꝑ p̊us est in eēn
tia aie q̄3 in potētijs. ℂ P̃. pctm̄ originale in vno hoie ē 3°
vnū. potētie aūt sunt multe: que tn̄ vniuntˀ in vna eēntia
aie: sed vnū accidēs nō est in plurib⁹ subiectis: nisi inq̄3
tum vniuntˀ. ergo pctm̄ originale per p̊us est in essentia
aie q̄3 in potētijs. ℂ P̃. pctm̄ originale ꝑ originē ꝯbitur: 4°
sed origo terminatˀ ad eēntiā aie: q2 finis generationis ē
forma generati. ergo pctm̄ originale directe respicit eēn
tiā aie. ℂ P̃. pctm̄ originale s̄m Ansel. est carētia origia 5°
lis iustitie: sed originalis iustitia fuit qđdam donū datu3
humane nāe nō ꝑsone. Aliogn nō fuisset traducta in po
steros. Et sic ꝑtinebat ad essentiā aie: que est nā ⁊ forma
corpis. pari ergo rōne ⁊ pctm̄ originale per p̊us est in es
sentia aie q̄3 in potētijs. ℂ P̃. oē illud qđ per p̊us est i po 6°
tentijs aie q̄3 in essentia: est in aia s̄m ꝙ cōparatˀ ad obm.
Qđ aūt est in aia ꝑ cōparationē ad subm: ꝑ p̊us est in eēn
tia aie q̄3 in potētijs. pctm̄ aūt originale nō est in aia ꝑ cō
parationē ad obiecta: sed ꝑ cōparationē ad subm: qđ est
caro in q̄ infectionē trahit. ḡ pctm̄ originale per prius est
in essentia anime q̄3 in potētijs.

Respondeo dōm ꝙ pctm̄ originale aliquo mō ē
⁊ in essentia aie ⁊ in potētijs: q2 defe Rńo
ctus ex culpa primi parentis ad totam animam ꝑuenit.
Sed considerare oportet vtrum per prius sit in essentia
anime q̄3 in potentijs. Et p̊mo quidem aspectu pōt alicui
videri qđ sit per prius in eēntia ea rōne: q2 peccatū origi
nale est vnum: potentie autem anime vniuntur in essen
tia eius tanq̄3 in cōmuni radice. Sed ista ratio nō cogit:
q2 potentie anime etiam vniuntˀ alio mō. s. vnitate ordi
nis: ⁊ etiam vnitate alicuius p̊me potentie mouētis ⁊ di
rigentis: sed oportet aliunde huius veritatis inq̄sitione3

xi9 accipere. Et quidē cū peccatū originale ex carne deriuef
ad aīam: nulli dubiū eē pōt qn aliquo mō saltē in via ge/
nerationis ⁊ tp̄is per prius sit pctm̄ originale in essentia
anime q̄ȝ in potētijs: cū aīa per suā essentiā imediate cor/
pori vniaf vt forma: nō aūt per suas potētias: vt alibi osi/
sum est. ❡ Sed siquis dicat q̄ peccatū originale est per
prius in essentia aīe ordie generationis ⁊ tp̄is q̄ȝ in potē/
iz tijs aīe: sed in potētijs est prius ordine nature: sicut prius
dictū est de aīa ⁊ carne: hoc stare nō pōt. Nō eni eodē mō
cōparaf eētia anime ad potētias: sicut cōparaf corpus
ad aīam. Nā corpus cōparaf ad aīam: vt mā ad formaȝ.
Mā aūt p̄cedit formā in via generationis ⁊ tp̄is: sed for
ma p̄cedit mām in via pfectiōis ⁊ nāe. Essentia antē aīe
cōparaf ad potētias: sicut forma subālis ad p̄prietates
naturales cōsequētes. Subā aūt est prior accidēte ⁊ tp̄e:
⁊ natura: ⁊ s̄m rōnem: vt p̄baf in. 7. metaphī. vn̄ oībus
modis peccatuȝ originale per prius est in essentia aīe q̄ȝ
in potētijs: ⁊ ab eētia aīe deriuaf ad potētias: sicut ⁊ na
ture p̄cessus est ab essentia aīe ad potētias: peccatū autē
originale respicit naturā: vt dictū est.

Ad p̄m **Ad primum** ergo dōm: q̄ iustitia originalis nō
sic erat in volūtate: qn per prius es/
2m set in essentia aīe. Erat enī donū collatū nāe. ❡ Ad 2m di
cendū: q̄ ꝯcupiscētia est peccatū originale māliter: ⁊ q̄si
3m per deriuationē a sup̄iori: vt supra dictū est. ❡ Ad 3m di/
cendū: q̄ essentia anime cōparaf ad potentias sicut for/
ma subālis ad p̄prietates ꝯsequentes: puta forma ignis
ad calidū. Calor autē nō agit nisi in virtute forme eētia
lis ignis. Alioqn nō ageret ad formā subālē. vnde forma
subālis est p̄mū p̄ncipiū actionis. Et sic etiā essentia aīe
4m est per prius p̄ncipiū actionis q̄ȝ potētia. ❡ Ad 4m dōȝ:
q̄ inordinatio potētiarū aīe est ex defectu nāe: qui p̄mo
5m ⁊ p̄ncipaliter respicit essentiam aīe. ❡ Ad 5m dōm: q̄ in
Adā p̄sona corrūpit nām. Et iō in eo p̄ fuit corruptio in
potētijs aīe q̄ȝ in essentia. Sȝ in hoīe qui nascif ex Adaȝ
natura corrūpit p̄sonā. Et iō in isto per p̄us corruptio p̄ti
6m net ad essentiā q̄ȝ ad potētias. ❡ Ad 6m dōm: q̄ essentia
aīe nō solū est forma corporis dans ei vitā: sed etiā est p̄n
7m cipiū potētiarū. Et sic per p̄us est peccatū originale in es/
sentia aīe. ❡ Ad 7m dōm: q̄ ipse potētie rōnales deriuā
tur ab essentia aīe: inq̄ȝtum est agēs nāe. Et ideo esse su/
sceptiuū peccati: deriuaf ad potētias ab essentia aīe.

❡ Utrum peccatū originale per prius sit in voluntate q̄ȝ
in alijs potentijs.



Uinto queritur vtrū peccatū originale
per prius sit in volūtate q̄ȝ i alijs
p̄m potentijs. ❡ Et videf q̄ nō. Pctm̄ eni origi
nale est infectio quedā. sed inter potētias aīe
generatiua dr̄ esse magis infecta. ḡ peccatum
originale per p̄us est in gn̄atiua potētia: ⁊ nō in volūtate.
2m ❡ P̄. carētia originalis iustitie quā Ansel. dicit esse ori/
ginale pctm̄: attendif s̄m hoc q̄ inferiores vires rebel/
lant rōni. sed hō rebellio est in inferiorib9 viribus. ergo
3m peccatū originale p̄ p̄us est in īferioribus virib9. ❡ P̄.
in peccato actuali auersio ab icōmutabili bono sequitur
ꝯuersionē ad cōmutabile bonū: sed in pctō originali ꝯcu
piscētia se hȝ sicut ꝯuersio in pctō actuali: sicut supra dictū ē.
ergo cū ꝯcupiscētia sit in viribus inferiorib9: pctm̄ origi
4m nale per p̄us est in viribus inferioribus. ❡ P̄. pctm̄ ori/
ginale vt dictū est: est carētia originalis iustitie. Justitia
aūt est vtus moralis. Oēs aūt virtutes morales sunt in
irrōnabilibus partibus anime: vt com̄. dicit in 3° ethi. ḡ
pctm̄ originale etiā est per prius in irrōnabilibus ptib9
5m anime. ❡ P̄. peccatū originale est quedaȝ p̄uersio regi/
minis aīe: sed regimē aīe p̄tinet ad rōnem. ḡ peccatū ori
ginale per prius est in rōne anime q̄ȝ in voluntate. ❡ P̄. 6m
pena peccati originalis est carētia visionis diuine que p̄/
tinet ad intellectū. Sed pena r̄ndet culpe. ergo pctm̄ ori
ginale per p̄us est in intellectu q̄ȝ in voluntate.

Sed cōtra est qd̄ Ansel. dicit in lib. de ꝯceptu vir/ S
ginali: q̄ iustitia ē rectitudo volūtatis
sed pctm̄ originale est p̄uatio originalis iustitie. ergo est
per p̄us in volūtate.

R̄ndeo. dōm q̄ subm̄ virtutis aut vitij inuenif eē
aliqua pars aīe: s̄m q̄ participat aliqd ab R.
aliq̄ sup̄iori potētia: sicut irascibilis ⁊ ꝯcupiscibilis sunt
subm̄ aliquarū virtutū: inq̄ȝtū participāt rōnē. vn̄ opor/
tet dicere q̄ rōnale sit primo ⁊ per se subm̄ virtutis. Ad
hoc ergo q̄ inueniaf p̄mū subm̄ pcti originalis in poten
tijs aīe: oportet ꝯsiderare que sit illa potentia a qua oēs
alie habēt q̄ sint susceptiue peccati. Oportet eni ex ne/
cessitate q̄ ad illā potētiā peccatū originale per p̄us deri
uetur ab essentia anime. Manifestū est aūt q̄ pctm̄ s̄m
q̄ nūc de pctō loqmur est cui debef pena. Ex hoc autem
actib9 nostris pena debef ⁊ increpatio: q2 sūt volūtarij.
vnde a volūtate deriuaf ad alias potētias aīe: q̄ sint su
sceptiue peccati. vn̄ p3 q̄ peccatū originale per prius est
in volūtate inter oēs potētias anime.

Ad primum ergo dicēdū q̄ sicut supra dictum Ad p̄m
est: infectio peccati dicif eē in ali/
quo vel actu sicut in p̄prio subiecto: vel virtute: sicut in
causa. Causa aūt originalis peccati est act9 generatiōis:
qui quidē ad virtutē generatiuā p̄tinet sicut ad exequē/
tem: ⁊ ad cōcupiscibilē: sicut ad appetētē ⁊ imperantē: ad
sensum aūt tactus sicut ad sentiētē delectationē ⁊ nūciā/
tem. vnde infectio originalis peccati dicif esse per prius
in istis potētijs virtute sicut in causa: nō aūt sicut in pro/
prio subiecto. ❡ Ad scd̄m dōm: q̄ rebellio inferioȝ viri 2m
riū ad superiores est per subtractionē virtutis que ierat
viribus sup̄ioribus: sicut supra dictū est. Et ideo peccatū
originale magis est in sup̄ioribus viribus q̄ȝ in inferiori
bus. ❡ Ad 3m dōm: q̄ auersio sequif ꝯuersionē in vis ge 3m
nerationis: sed rō peccati actualis p̄ficif in auersione: ⁊
silr̄ rō peccati originalis in iustitie p̄uatiōe. Et iō per pri
us est peccatū originale in volūtate. ❡ Ad 4m dōȝ: q̄ di 4m
ctū com̄. nō hȝ veritatē in oībus virtutib9 moralibus: sȝ
solum in his que sunt circa passiones que sunt irrōnabi/
lium partiū. Justitia aūt nō est circa passiones: sed circa
op̄ationes. vt dr̄ in. 5. ethi. vnde iustitia nō est in irascibi/
bili ⁊ cōcupiscibili: sed in volūtate. Et sic quattuor virtu/
tes p̄ncipales sunt in quattuor potētijs que sunt susceptī/
ue virtutis. prudētia quidē in rōne: iustitia in voluntate
tēperātia in concupiscibili: fortitudo in irascibili. ❡ Ad 5m
5m dōm: q̄ p̄uersiuȝ regimē rōnis nō habet rōnē culpe: ni
si inq̄ȝtū est volūtariū. Et ita etiā ratio habet a volūtate
q̄ possit esse subiectū peccati. ❡ Ad 6m dōm: q̄ carentia 6m
visionis diuine est pena in hoc q̄ repugnat volūtati. hoc
enī est de rōne pene: vt supra dictū est. Et sic inq̄ȝtuȝ ē pe/
na pertinet ad voluntatem.

❡ Utrum peccatum originale ab adam deriuetur in oēs
qui seminaliter ab ipso procedunt.

SExto queritur vtrū peccatū originale ab
Adam deriuef in oēs qui seminali/
ter ab ipso p̄cedūt. ❡ Et videf q̄ nō. Mors p̄m
